



3.12.1
Digitized by Google

R. T. ed To. I p 122 n. 1

S-4

XVII.15 2021.07 XVI.19.22.

HEC VBA, Oiphigenia in Aulide Euripidis
tragœdie in latinum tralatæ Erasmo
Roterodamo interprete.

EIVSDEM Ode de laudibus Britanniae, Regis
Henrici septimi, ac regiorum liberorum eius.

EIVSDEM Ode de senectutis incommode.



14 S
Digitized by Google

Erasmus Roterodamus, homo et græcæ, et latine doctiss.
 Hec ubam, & Iphigeniam in Aulide Euripidis tra-
 gœdias carminib. nū per quidem latinas fecit. sed ad-
 modum q̄ fideliter, & erudite. Quā amobrem curauī
 eas excludendas characterib. nostris tum doctiss. uirē
 rogatu, & amicū mei summi, tum quia uobis utilissi-
 mu fore existimabam et intelligendis græcis, et inter-
 pretandis. Quo sit, ut uobis plurimum gratuler. De
 erant oīm boni libri. Deerant docti præceptores. eo-
 rum enim qui callerent utrāq; linguam mira pauci-
 tas. Nunc est, Deo gratia, & bonorum librorum co-
 pia, & doctorum hominum tam in Italia, q̄ extra-
 ita, ut de conducendo tractet iam rhetore Thule. Non
 pœnitet igitur me magnorum laborum, quos iā mul-
 tot annos edendis bonis autorib. uestra & bonarum
 literarum caussā perfereo. immo plenus gaudii, cur
 enim dissimilem? sic mecum s̄epe. Eia Alde, βαλλού
 τως. q̄ si maius quiddam, ut spero, præstare potuero,
 felices quidem uos eritis, sed feliciores posteri. Ipse
 autem sublimi feriam sydera uertice. Valete.

GVLIELMO ARCHIEPISCOPO
CANTVARIEN· PRIMATI BRI
TANNIAE ERASMVS RO
TERODAMVS ·S.

Cum in animo statuisse p̄fūl amplissime, uertendis
græcis autoribus rem theologicam, deum immorta= lem
quam idigne sophisticis nūgis depravatam, pro
uirili mea uel resuere, uel adiunare, ne statī iuxta
Græcorum adagionem, ut q̄ tib̄ tñr uirū p̄uerar pe=
riclitari uiderer, et ad tantum munus illotis (ut aiūt)
pedibus irrumperet, uisum est mihi prius periculum
facere, quam non lusisse p̄ operam in utriusq; lingue
studium in sumptam, idq; in re difficultima quidem il
la, sed tamen profana, quo pariter & negotiū diffi= cultas ad meditationem conduceret, & siquid esset
peccatum citra sacrarum scripturarum iniuriam fa= lius ingenii periculo peccaretur. Itaq; duas Euripidis
tragœdias, Hecubam & Iphigeniam in Aulide, la= tinas facere sum aggressus, si quis forte deus cœptis tā
audacibus dexter aspiraret. Deinde cum uiderem
operis instituti specimen non displicere uiris utriusq;
lingue callentissimis (quos profecto iam aliquot ha=
bet Britannia, liceat modo uerum citra iniudiciam fa= teri, quouis in genere doctrinæ uel Italiæ totius admis= ratione dignos) intra pauculos mensis, musis bene iu= uantibus ad umbilicum perduxī, quanto cum fudo= re id ii demum experientur, quicunq; in eandem pa= læstram descenderint. Etenim cum illud ipsum ex bo= nis græcis bona latina facere, sit ciusmodi, ut singula

2



rem aliquem requirat artificem, neq; solū sermonis
ueriusq; copiosa, parataq; supellestile ditissimum,
uerum etiam oculatissimum, uigilantissimumq; ad
eo, ut seculis iam aliquot nullus extiterit, qui in hoc
munere omnibus eruditorum calculis probaretur, fa-
ciliis nimurum est coniectura, quantum fuerit negotiū,
carmen carmini reddere præsertim tam uarium ex
inuisitatū, idq; ex autore non modo tam antiquo, eoq;
tragico, uerum etiam mirum in modum presso, sub-
tili, excuso, in quo nihil ociosum, nihil quod uel adi-
mere, uel mutare circa flagitiū queas. Præterea qui i
tractandis locis rhetorica tam creber sit, tam acutus,
ut passim declamare uideatur. Adde nūc choros ne-
scio quanam affectiōe, adeo obscuros, ut Oedipo quo
piam, aut Delio sit opus magis, quam interprete. Ac-
cedit ad hæc codicū deprauatio, exemplarium in-
spia, nulli interpretes, ad quos confugiamus. Quo mi-
nus admiror, si ne hoc quidem felicissimo seculo quis-
quam italorum ausus fuit hoc muneris aggredi, ut
tragœdiā aliquam, aut comœdiā uerteret, cum
plures Homero manus sint admoliti, iter quos etiam
Politianus ipse sibi nō satisfecit. Quidam Hesiodum
tentarit, neq; id satis feliciter. Alius Theocritum sit ag-
gressus, sed multo etiam infelicius. Deniq; cum Fran-
Philelphus (id quod post institutam interpretationem
agnouimus) primam Hechba scenam i oratione qua-
dam funebri traduxerit, sed ita ut nobis alioqui pro-
tidulis, uir tantus animi non parum addiderit, Ego
porro neq; tantis exemplis, neq; tam multis operis dif-
ficultibus deterritus, magis quam poetæ huius sna-

iloquentia plusquam mellita, quam illi tribuit enim inimici, allectus, rem hactenus intentatam non sum ueritus aggredi, futurum sperans, ut etiam si perrum præstissimum, tamen candidi lectores uel hunc meum conatum laude aliqua dignum ducerent. Porro maligniores saltē ueniam darent operis tam ardui nouo interpreti. Maxime quod ad ceteras difficultates ipse prudens non mediocre pondus adiecerim, mea in uertendo religione, dum conor, quoad licet, graecanica poematis figurās, quasiq; filum representare, dum uerū uerbum, dum uerbum pene uerbo reddere nitor, dum ubiq; sententiæ uim, ac pondus summa cum fide latinis auribus appendere studeo. Siue quod mihi non perinde probatur illa in uertendis autoribus libertas, quam Marcus Tullius ut aliis permittit, ita ipse (pene dixerim immodice) usurpauit, siue quod nouis interpres in hanc malui peccare partem, ut superstitiosior uiderer alicubi potius, quam licetior, id est ut litoralibus in harenis nonnunquam hærere uiderer potius, quam fracta nauē mediis fluctibus, maluiq; committere, ut eruditī candorem, et concentritatem carminis in me forsitan desiderarent, quam fidem. Deniq; nolui Paraphrasten professus eam mihi latebram parare, qua nulti suam palliant inscati am, ac loliginis in morem, ne deprehendantur, suis setebris inuoluunt. Nam uero quod Latinæ Tragœdiæ grandiloquentiam, ampullas, et sesquipedalia (ut Flaccus ait) uerba hic nusquam audient, mihi non debent imputare, si interpretis officio fungens, eius quæ uerti, pressam sanitatem, elegatiānamq; referre malui,

quam alienum tumorem, qui me nec alias magnopere delectat. Porro certissimam in spem uocor fore, ut hic labor meus cum aduersus iniquorum calumnias sit egregie tutus, tum candidis, et aequis gratissimus exeat excellentissime pater, si tuo quoq; calculo fuerit comprobatus, quem euidem in tanto ornatissimo rū principū numero facile mihi delegi, cui meas has uigilias consecrarem, ut quem unum perspicerem præter summum fortunæ splendorem, literis eloquentia, prudentia, pietate, modestia integritate. postremo singulari quadam erga bonarum literarum cultores benignitate, sic præditum. ornatum. cumulatū, ut istud Primatis uocabulū i neminem magis competat, quā in te, quam nō solum offici dignitate, uerū multo magis omnium uirtutum genere primas teneas, idem & regiae aulæ præcipuum ornamentum, & ecclesiastice dignitatis unicum fastigium. Quod si mihi contigerit, ut hoc meum studium probetur a uiro tam probato, profecto nec hactenus exhausti laboris me pœnitabit, neq; grauabor in posterū maiore conatu rem theologicam adiuuare. Vale & Erasmus in eorum numerum adscribito, qui tuæ paternitati toto pectore sunt addicti. Londini IX. Calendas Februarii.

A D E V N D E M .

C A R M E N I A M B I C U M

T R I M E T R U M .

Cite poetas doctus appellat Maro
Cycnos Guelme præfulū eximum decus.
Res mira distu, ut cuncta consensu noue
Vati, atq; holori congruant diuinitus.
Niveus utriq; candor. alter lacteis
P lumen, amico candet alter pectore.
M usis uterq; gratus, ac Phœbo sacer.
E t limpidis uterq; gaudet amnibus,
R ipis adæque uterq; gaudet herbidis,
P ariter canorus uterq; tum potissimum,
V icina seram mors senectam cum premit.
S ed, qui tenent arcana naturæ, negant
A udiri olorem, ni sonent fauonii.
N il ergo mirum, barbaro hoc si seculo
C anorus olim obmutuit natum chorus,
Cum tot proaces undiq; obstrepane noti,
B oreæq; tristes, inuidorum & pinguium,
N ulli fauentum prouocent fauonii.
Q uod si bonis clementer ingeniiis tuæ
B enignitatis blandus aspiret fauor,
I ta ut facit, tota statim Britannia
V ates uidebis exoriri candidos,
A deo canoros, atq; uocalers, uti
I n alta fundane astra Cycnorum melos,
Q uod ipsa & etas posterorum exaudiat.

F I N I S .

ARGUMENTVM HEC V BAE.

Post euersam troiam Greci soluetes in Cherrhonesum,
quae est e regione Thracie, ad pulerut, ubi monumen-
+ tum extabat Achillis in Troia sepulti. Illic cum re-
rum ordinandaru gratia dies aliquot egissent, iaq;
iterare nauigationem appararent, Achillis umbra
super tumulum uisa grecos ne soluerent prohibuit,
postulas, ut ante sibi Polyxena Priami filia mactare
tur, quam pater aliquando uiuo despondisset, cuiusq;
gratia a Paride, ac Deiphobo iaculo confossus interis-
set, id temporis, cum Priamus puellam desposam tra-
diturus uideretur. Itaq;
Greca memores quam ille re-
bellicam adiuvisset, statuentesq;
uiri uirtutem decora-
re suffragis decreuerunt, ut Polyxena in eius tumu-
lo mactaretur. Datum est autem negotium vlyssi, ut
uirginem deduceret, simulq;
uafricie facundia sua,
qua prae*d*itus erat, Hecuba matri persuaderet, ne id
factuferret impotentius. Quo cun*u* peruenisset vlys-
ses, repperit puellam ad necem paratam, spontane-
amq;
atq;
ultra matri suadentem sibi optabilius esse
decore emori liberam, quam fœde uiuere i seruitute.
Deinde dum occiditur filia, Hecuba famulam quam-
piam ad litus mittit, ut lauando Polyxenae cadave-
ri aquam ad portaret. Ea dum haurire parat Poly-
dori corpus offendit in litore iacens. Nam Polyme-
stor Thracum tyrannus simulatq;
Troiae cognouit
excidium, trucidatum pueru in mare abiecerat, quo
nimiruu auro potiretur, quod una cum filio Priamus
ad illum miserat clanculum, cum iam periculum im-

minere uideret, ne adpergetur ilium. Erat autem ingēs
auri uis, satisq; idonea, qua Priami genus restituere=
tur. Hunc igitur Polydorum nacta famula uestibus
involutum defert ad Hecubam. Hæc polyxenam esse
suspicata, donec corpus reiectum inspiceret ubi Poly-
dorum esse cognouit, misere discruciat, secumq; uē
am querit, qua possit Polymestorē ulcisci. Ac re p̄i
us cum Agamemnone communicata, ancillam suam
mittit ad Polymestorem, quæ eum una cum liberis sū
is ad se iubeat accedere. Esse enim quiddam maximū
momenti, de quo uelit cum illo colloqui. At ille igno-
rus Polydori adauer in litore fuisse repertum, una
cum liberis suis ad Hecubam accedit. Ea simulat se se
ob eam causam acerbiuſſe hominem, ut illi theſau-
ros quosdam antiquos in Ilio defossos indicaret. Dein
de iuſſo ſcedere ſatellitio, ſolum cum filiis in tentori-
um deducit, tanquam illi traditura, quicquid pecunī
arum e Troia ſe cum extulifet. Erat autem illuc ab-
dita maxima mulierum turba. Quibus adiuta, Poly-
mestorem introgressum exoculat, ac liberos occidit.
Agamemnon audita utriusq; cauſa, contra Polyme-
storem pronuntiat, qui uidetur non immendi græ-
cos studio, ſed aurī cupiditate puerum interemisse.

F I N I S.

Atho fabulæ constituitur in Cherrhoneo, e regio-
ne Thracie. Chorus conſtat ex mulieri-
bus Troianis captiuis Hecu-
bae auxiliaturis.

AD LECTOREM.

De carminum generibus, ut paucis obiter admonitus sis lector optie, Prima Hecubæ scena constat iābico trimetro, Secunda anapæstico dimetro, nonnunquam intermisso eiusdem formæ monometris. Quanquam hoc metrum & dactylicum recipit, aliquoties & pro celeusmaticum, nonnūquam et nuris conficiuntur sonores. Chorus, cui initium, Aura, pontica aura, rursum qui incipit. Mihi ærumnam atropos. iterum alius, cui initiu, Patria heu dolor, præterea polymestoris oratio, quæ sic incipit, Heu quo ferar, ex variis metrorum constat generibus, ac ferme iisdem quibus usus est Euripides. Polymestoris oratio, cui principiū est, Heu ohe ferocis, duobus duntaxat generibus alternat, dimetro iambico catalepto, & eodem acatalepto, cætera constant aut iambicis trimetris, aut anapæsticis, de quibus modo meminimus.

Iphigeniae prima scena constat iisdem anapæsticis usq; ad chorū, Modo profecta, qui mixtus est ex alciaco composite ex iambica penthemimeri, ac duobus dactylis iambico dimetro hypercataleptico dactylico & dactilis duobus, ac totidem trochæis. choriambico dimetro, & eodem hypercataleptico dactylico trimetro, Glyconio dactylico dimetro asclepiadeo-iambico monometro hypercatalepto. dactylico dimetro hypercataleptico iābico dimetro catalepto. pherecratio iam bico dimetro acatalepto. iābico dimetro acephalo. iābico trimetro cataleptico. anapæstico trimetro hypercatalepto. adonio dimetro Trochaico monometro hyper-

6

catalepticō. deinde sequuntur iambicā trimetra, pās
lo post à uersu cæterum Menelae. incipit Trochae
cā tetrametra hypercatalepti. chorus Felices qbus,
constat glyconio, deinde iambicā dimetro catalepticō
Alter proximus Anapæsticō quo et prima scena cho
rus. Ilicet sacrū simoentis Carmine sapphicō, inter
mixto Adonio dimetro chorus, Festus ut ille, constat
dactylicis trimetris hypercatalepticis et anapæsticis.
Vale.

PERSONAE FABVLAS.

P olydori occisi umbra.

H ecuba regina troianorum.

C horus mulierum troianarum.

P olyxena filia Hecubæ.

V lysses.

T althybius præcox.

F amula Hecubæ.

A gamenon rex.

P olymestor Thracum tyrannus.

9

HECVBA.
EV RIPIDIS TRAGICI POETAE
HECVBA: LATINA FACTA
ERASMO ROTERODA
MO INTERPRETE.

POLYDORI VMBRA.

Dominus sum profectus e profundis
manibus,
Noctisque portis, cœstus qua si= lentiū
Ab arce porro cœlitum sita est domus,
Polydorus Hecubanus e Cisseide,
Priamōque; patre. Quem simul cepit timor,
Ne marte Graio phrygia caderent mœnia,
Me furtim alendum Troia emisit solo,
Ad hospitium Polymestoris Thracis donum.
Qui Cherronesi fertilem glebam colens,
Armis ferocem Martis gentem regit.
Multumque; mecum clanculum misit pater
Aurum, urbis ut si concidissent mœnia,
Ne uictu egerent liberi superflites.
Eramque; natu Priamidum nouissimus,
A etque; hac foras potissimum me gratia
Subiunxit, ut cui nec ferundæ lanceæ,
Et ad arma non dum tenera sufficeret manus,
Sed usque; donec recta stabant pergama,
Non dum iacebant Ilii turres soli,
Hectorque; frater marte florebat meus,
Bene apud Tyrannum Thraci, patrium hospitē

EV RIPIDIS

Crescens alebar, plantulæ in modum miser.
At ubi interiuit Troia, simul et Hectoris
Vita, ac penates concidere patrii,
Deumq; ad aras ipse procubuit sacras,
Mactante Achillis prole sanguinaria,
Mox me paternus amicus, aurigratis
Miserum trucidat, ac trucidatum salo
Exponit, aurum ut ipse possideat sibi.
Nunc super harena littoris iaceo, hac tenus
Aeju per æquor huc, et huc uectus uago,
Inhumatus. indefletus. at iam promico
Charam ob parentem, corpore relicto meo.
Mihis supernis denaganti sedibus,
Superaque in aura, sol agitur hic tertius.
Itidemq; misera tertium mater diem,
Ex torris amplius Ilii pomœrius,
In hac adest tellure Cherronesia.
Cunctiq; Danai littore hoc in Thracio
Classem tenentes ociosi desident.
Namq; e se pulchro uisus Aeacides suo,
Argum Ailles tenuit omnem exercitum,
Rem ad penates dirigentem ponticum.
Meam is sororem postulat Polyxenam,
Tumulo cupitum honorem, et inferias suo
Dari, ac feret: neque enim hoc sinent frustrarier
Honore amici. Deinde decretum iubet
Fatale, cædi hac luce germanam meam.
Geminæq; prolis gemina mater funera
Cernet, meumq; et lachrumandæ uirginis.
Nam quo sepulchri munus assequar mihi,

Analle

A nillæ in undis memet offeram ad pedes,
 V enia impetrata diis ab inferis, uti
 T umulo potiar, in matris incidens manus,
 I tæq; (quod ad me,) quicquid optaui, assecurar.
 A t annu a parente paululū abscedam. hæc quidē
 I am regis e tentorio profert pedem
 A gamemononis, pauefacta de spectro mei
 O mater, huc proh uina peruenisti, uti
 P rognata cum sis regis e stemmatis,
 I ndigna ferres seruitutis pondera?
 T am afflictæ nunc et misera, q; florens eras
 • Q uondam, ac beata. Te aliquis euertit deus,
 • F elicitatis pristinæ inuertens uices,
 • B onaq; ante acta paribus ex æquans malis.
 He D ucite anum hanc foras o famulæ,
 D ucite sustentantes, uobis
 N unc conseruam I liades, uerum
 D udum dominam prendite, ferte,
 P ortate mei corporis artus,
 T ollite, anilem corripite manum.
 I psa ego torto nixa bacillo,
 A nnis tardum celerabo pedem, et
 A lternos promouero passus.
 O fulgur Iouis, o nox picea,
 V it quid ita sub nocte silenti
 T erriculis, uisisq; exagitor?
 O sacra tellus,
 G ignens atris somnia pennis,
 S it precor irrita noctis imago,
 Q uam de prole mea,

EVRIPIDIS

Quæ seruatur Thraces oris
Dulcijq; Polyxena sobole,
A lto uidi mersa sopore,
Nam terrificum uidi uisum,
D idici, sensi,
O terrestria numina, gnatum
S eruate meum, qui iam solus
G eneris supereft ancora nostri,
Thraces habitans aruanialis,
P atrio commendatus amico.

A derit iam iam quodcunq; malum,
L uctumq; nouum lustibus addet.
H aud sicut unq; mens mea certo
T inuit, tremuit, tacta paurore.
V binam diuina Helenum mente,
V bi Cassandram Iliades uideam,
V t mihi cæca insomnia pandant,
V idi siquidem ceruaniam
(V iſu miserum)

N oſtro e gremo ui direptam,
Q uam laniat lupus ungue cruento.
T errebar et hinc, ſumnum in tumulum
V mbra ferocis uenit Achillis,
A liquam e miseriſ ſibi Troadibus,
P ræmia poſcens.

P rocul a noſtra, procul hæc quæſo,
D ii de pellite ſomnia, gnata.

ch A d te celeri præcurri Hecuba
P ede, tentoria herilia linquens,
I n quæ ſerua ego tradita forte,

vb:

HECVBA.

Vbit troianæ mœnibus urbis,
Grais abigor bellica præda.
Haud e quidem ullum porto lenamen
Aerumnae præsentis, at ingens
Insuper & graue defero pondus
Tibi priuatim o mulier, saui, ac
Diri ueniens nuntia luctus.
Nanq; ferunt decernere Graios,
Elebri coetu tua uti gnata
Manibus occidatur Achillis.
Qui sublivum scandens tumulum,
Scis fuluis cum apparuit armis,
Nauens detinuit pontigradas,
Nixaq; torto uela rudente,
Hæc uociferans. Quo iam Danai
Fugitis, nostros
Cineres deserturi in honoros?
At lis multo est orta tumultu,
Ac uariat sententia duplex,
Bellates graiu genium turmas,
Dum pars dandam tumulo inferias,
Pars mactari censem iniquum.
Atq; inde tuæ studuit parti
rex Agamemnon, id fatidicæ
Thalamis elargitus honoris.
Atq; uicissim dixerunt duo
Thesidæ, hos genuitæ Athene
Vna erat hæc sententia utriq;
Vt Pelidae dearent tenero
Busta crux.

EV RIPIDIS

Nec placet, uti Cassandæ thalamos
Armis habeant pluris Achilli.
At studiis ferme hactenus æquis
Decertatum est, donec varius
Est suam loquens suæ sor, Achium.
Populo non ingratus vlysses
Omnem dictis flexit cœtum,
Ne, pro captæ cæde puellæ,
Neglectum pateretur Achillem,
Vnum e Danaïs longe primum,
Ne quis apud Persephonem, ex iis
Qui bello cœdere referret,
Quam male gratus miles Achinus
Danaïs Danaūm causa cæsis,
Ex Iliacis cœserit aruis.
Sed iam nunc hic aderit vlysses,
Isto uti uellat ab ubere gnatum,
E'q; manu, ui tollat, anili.
Proin templa adeas, adeas aras.
Aide Atridæ genibus supplex,
Prece sollicita, quicquid olympus,
Quicquid claudit terra deorum.
Si quidem aut places numina uotis,
Ne miseranda orbere puella,
Aut spectent tua lumina oportet
Ad tumulum procumbere, sparsam
Sanguine gnatum, deq; aurifera
Cruice atrum undare cruorem.
Heu me miseram, quid uociferer?
Quonam ululatu, quonam fletus

Plorem

H E C V B A.

P'lorem miseræ misera senectæ
H aud portandum,
S eruitii, haud tolerabile pondus?
H eu me me, quis opem mihi uindex
T ulerit? Quænam urbs? Quænam soboles?
P eriit senior gnati extincti.
H uaine an illuc flectam gressum?
Q uo me uertam?
V bi quis deus aut dæmon præsens
F erat auxilium?
P roh i liades sœna ferentes,
E heu sœna ferentes fate,
E xtinxisti me, extinxisti,
N ec mihi posthac
G rata est supero in lumine uita.
D efer arum hanc, o pes infelix,
H anc me infelix ducito ad aulam
E heugnata, heu supra cunctas
M iseræ matris filia, prodi-
P rodi tectis, percipe matris
F ilia uocem.
V ti cog noscas, qualis qualis,
F ama tua de uita fertur.

Pol E hem mater, mater,
Quid clamas? Quid subitum apportans,
S ic me ueluti uolucrem tectis
C ogis trepidam prouolitare?
He Heu me gnata.
Po C ur sermonum exordia mecum
D iro sumis ab omni me mater?

EVRIPIDIS

- He. Ahgnata tuæ metuo uitæ.
Po. E loquitor, neq; cælato diu.
Formido, formido mater,
Quæsò quid ingemis?
He. Gnata, ah miseræ gnata parentis.
Po. Cur istud ait?
He. Hoc gnatus contendit Achillis,
Communi decreto arguum,
Vti Pelidæ gnata sepulchro
Mactata cadas.
Po. E heu genitrix, ut mala nobis
Immensa refers.
Aperi sodes, aperi mater.
He. Rumorem adfero filia dirum.
De cæde tui,
Scitum populus sanxit achiuus.
Po. O te afflictam, proh ter miseram,
O male faustæ genitrix fortis.
Quam tibi tristem rursus luctum,
Infandumq; et acerbum mouit
Dæmon aliquis.
Non iam gnata hæc, non tibi posthac,
Infelice senecta infelix
Conseruero-nanq; perinde, ac
Hinuleum, seu montibus hirtis
Alitam uitulam, miseram misera
Mox de manibus uelli aspicies,
Ac sub humum, æruice recasa,
Obscuro demittier orco.
Illuc inter lumine cassos

Degant

HEC VBA.

D egam infelix.

S ed te miseram luctu omnigeno

D efle mater nam mea fata,

S ortemq; grauem non lamentor,

C um mihi casus sit et optandus

C edere uita.

ch S ed ecce vellysses huc citus mouet gradum,
H ecube, tibi aliquem nuntium frens nouum.

vl T e scire mulier credo placita plebis, et
S ententiam quae uicat, exponam tamen.
V isum est Pelasgis, tua uti gnata Polyxena
C adat ad sepulchri Achillis excelsum aggerem.

A t uirginis nos esse solenners duces

S tatueret, Pyrrhus A eacidæ proles, huic
P ræfæctus autor, ac sacrificus hostiæ.

S cin ergo quid ages? ne ue ui retraxeris,
M ecum' ue manibus ne uelis contendere.

» S citum est profecto quiddam, et in mediis malis
» E a quenq; secum sapere, quæ sapere est opus.

He V ae uæ adest discrimin(ut video) graue,
G emituq; plenum et non inane lachrumis.
N eq; enim ipsa dudum uitam acerbam et aspera
I lluc reliqui, quo mori decuit loco.

N eq; me interemit Iuppiter, sed in hoc alit,
T ristissimis uti tristiora conspicer.

P roh misera. Sed iam si licet captis, neq;
M olesta, nec quæ mordeant animum, loqui

H eris, rogeris oportet et paucis mihi

A tq; ut uicissim nos rogantes audias.

vl L icet, roga, neq; enim hoc tibi in video moræ.

E V R I P I D I S .

- Me** Scim ilium explorator ut subineris
P annosus, atq; squalidus? genas tuas
S tillæ obsidebant mortis, oculis excitæ.
- vl** Memini. haud n. hæc res summa strixit pectoris.
- He** T en' agnatum unu prodidit Helene mhi?
- vl** M eminimus in discrimen adducti graue.
- He** S upplexq; factus genua tangebas mea?
- vl** S ic, manus ut istis insu pesceret peplis.
- He** D edin' ergo uitam, & ilio emisi solo?
- vl** I ta, ut hoc profecto Solis aspiciam iubar.
- He** Q uid tum locutus, cum mhi in manu fores?
- vl** Q uo me necis subducere periculo,
O mnes uafertum comminiscebar dolos,
C unctasq; pariter persuadendi vias.
- He** L ege igitur istac gratiam refers malam,
C um ruleris a me, quæ tulisse non neges,
At nil iuues nos, sed magis pro uiribus
I ncommodes, benefacta compensans malis.
- vl** V estrum genus mortalium ingratissum,
Quicunq; plebis concionibus leues
C aptatis auras, cognitum heu mhi plus satis.
Q ui damnum amicis ferre non facitis pilis,
M odo differatis grata multitudini.
- A** t iure quonam, aut quid secuti, uirginem?
I nhanc cedo decretæ sanxerunt necis,
I psum' ne decus hoc su asit homines cädere
T umulis, ubi bos uictima addecet magis?
- A** n porro Achilles mortis autores suæ
P unire quærens, iure in hanc refert necem?
- A** t qui haec in illum sceleris admisit nihil.

HECVBA.

M elenam se pulchris hostiam par est peti.

I lla hunc peremit, illa traxit ad Ilium.

Q uod si qua uultu legitur ex captis neci,

F ormaq; priestans cæteris, non nostrum id est

Q uippe ore multo Tyndaris decentior.

E ademq; q; nos, non minus dedit mali.

A tq; hæc pro æquo dixerim quidem, ac bono.

A t nunc, mihi quæ te reponenti inuicem

R eponere æquum est, accipe æquis auribus,

M eam: quod ipse non negas) humiliis manum, ac

S upplex anilem hanc contigisti tum genam,

N unc hæc uicissim prona contingo tui,

B eneficiumq; tunc datum, refagito,

I temq; supplex obsecro, ne filiam

M ihi puellam manibus abripias meis,

N e'ue perimatis, quippe funerum satis.

O blecto in hac me, sortis oblita grauis.

S olamen hæc est, una pro multis mihi,

V rbs, atq; nutrix, sc̄i pio recto gradus.

■ I niqua uictis imperare non decet,

■ Q uis fors dedit rerum potiri, ac uincere.

■ N eq; quis secundæ res, oportet fidere

■ I tidem futuras semper ex sententia.

E tenim ipsa quondam quæ fui, non sum amplius.

O pes sed omnes unicus rapuit dies.

A ge grata barba paululum me respice,

M iseresce, et adiens rursum achium exercitum,

D oceto, q; sit sænum, atroxq; fœminas

M actrire, quas non interemisti prius

R aptas ab aris (sed pepercisti) facris.

E V R I P I D I S

- I** ex aqua porro uos apud, de sanguine,
S eruisq; liberisq; capitibus statu est.
S i uel male hæc autoritas dicat tua,
» F lectet, quod a leuibus profecta oratio,
» E t a probatis, non idem ualeat eadem.
- C**h T am rigida nusq; est uilla mens mortalium,
A udita quam non ista comploratio,
I ngensq; luctus, cogitat ædere lachrumas.
- V**l A udi Hecuba, ne'ue mente percita, uirum.
Q ui recti dicat, maleuolum fingas tibi.
E go quidem uita m tuerier tuam,
P er quam ipse uiuo, cupio nec dicam dolo,
A t que palam suasi, ea haud negauerim.
N empe urbe capta exercitus primario
G natam immolandam (quando postulat) tuam.
- » H inc nanq; plures defluunt res publicæ,
» D um strenuum qui præbet, ac fortèm uirum,
» N on plus honoris quam uir ignavus, capit.
N os contra Achillem dignum honore ducimus,
V t qui pro Achiniis ceaderit promptissime.
» Q uam turpe, si quem uiuum amicum sensimus,
» H uic desinamus esse amici mortuo?
A ge quid futurum, si quarur sum appareat
A cies wacta, et hostium certamina,
V trum manus iam conseremus, an magis
V itæ, ac saluti consulenuis? quippe qui
F raudari honore cernimus, quisquis cadit.
A c mihi profecto luce donec hac fruar,
Q uantumlibet pusilla, sufficient tamen.
P orro se pulchrum confici ex optem meum.

H E C V B A .

I nsigne , quando durat in longum hic honos .
A t misera patior inquis , audi contra ad hæc .
S unt & Pelasgis neuti q̄ miseræ minus ,
A nusq; et annis te priores fœminæ ,
S ponsæq; sponsis orphanæ præstantibus ,
H ic ossa quorum puluis idæus tegit
F erista . Nos si perperam decernimus
D ecorare fortem præmio merito virum ,
I nsicitiæ ipsi obnoxii tenebimur .

A t barbari , neq; hos amicos ducitis
Q ui sunt amici , neq; , decorè qui appetunt ,
S uspicatis , hinc & nostra floret Græcia .
V os contra habetis instituto congrua .

C h » Heu seruitus ut semper est miserrima ,
» S ubacta uiri fert præter æquum plurima .

H e A h gnata in auras irrita haec oratio
F rustra mihi iactata , de tui nece .
T u , si amplius quid , q̄ ualeat mater , uales ,
A nnitere , omnes ad modum lusciniæ
E xperta uoces , uita ne pereat tibi .
M iseranda vlyssis accide huius ad genu ,
E t commoue , argumentum habes , ipsi quoq;
S unt liberi , quo fata miseretur tua .

P o V ideo te v lysses dexteram sub pallio
M anum occulentem , et ora uertentem retro ,
T etigisse malam ne mihi sit fas tuam .
A nimo bono sis iubeo , meq; nuntia
+ S cito , quod ad me pertinebit , te fore
I ntutu , et effugisse . si quis supplices
C urat fauens , æquusq; respicit , ionem .

E V R I P I D I S

N am te sequar, uel quia trahat necessitas,
V el q̄ mori expectam ipsa, si uelim minus,
V itae auida mulier uidear, ac timida omnibus.
Q uæ nanq; uitæ causa iam superest mihi?
V t cui pater rex omnium fuerit phrygum,
(Etenim rufus mi lucis hoc initium.)
D ein spes ad amplas educabar, regibus
N upturna, nultis æmulantibus procis,
Q uis me ad penates duceret uictor suos.
R e gna ego proh misera, fœminis eram
T roadibus inter uirgenes insignis, ac
D iis æqua, solum hoc si quis excipiat, mori.
A t seruare nunc sum, protinus uocabulum
M inime assuetum, facit ut expectam mori.
D ein forsitan continget immutis mihi
H erus, ære me quicunq; commercabitur,
E t Hectoris quondam sororem, et plurimum.
A digensq; ui me pinxere in tectis, solum
V errisse coget, statuq; insistere,
V itam exigentem duram et illetabilem.
T halamosq; nostros seruans emptus undeuis
F oedabit, ante destinatos regibus?
A bſit. relinquam lucem ego istam libera,
O rco, inferisq; hoc corpus exponens meum.
I am ducito me v lysses, ac ductam immola.
N eq; enim penes nos uel spei fiduciam,
V el opinionis uideo, cur mi debeam
P oſthac benigna fatid pollicerier.
A t tu genitrix, nequid obſistas mihi
V erbo'ue, facto'ue. incau magis mori

HECVBA.

- Quo libeat ante, q̄ quid indignum accidat.
- Nam qui malis haud assuerit, fert quidem,
- Dulet tamen, cum colla supponit iugo.
- At mortuus, quam uiuus hic felicior
- Foret, haud decore uiuere est ingens labor.
- Ch. Inest in homine mira, & euidentis nota,
- Probus satum esse generis illustrat decus,
- Quisquis celeribus dignus est natalibus.
- He. Dixisti honeste gnata, uerum isti dolor
- A dest honesto ceterum si Pelei
- Est facere gratum filio, simul et probrum
- Effugere uultis, hanc uulysse omittite,
- Meductam Achillis immoleatis ad pyram.
- Ne parcite inquam nam Parin produxi ego,
- Qui Thetide natum petit arcu, ac perdidit.
- vl. Non te umbra Achillis poscit arginos, anus
- Vt immolare, sed hanc poposcit uirginem.
- He. Vos attamen cum filia me occidite,
- Duplumq; tellus sparsa sanguinis bibet,
- Eiusq; manes, ista qui poscit sibi.
- vl. Sat filiae mors, cæde cædem non decet
- Cumulare, & osi ne hæc quidem pendenda sit.
- He. Gnatæ at necesse utcunq; commori meæ.
- vl. Qui? quando dominos esse non noui mihi.
- He. Vt hedera queru, sic ego huic inhæsero.
- vl. Haud feruis, si obtemperabis iis, quibus
- Est mentis, & prudentiæ plus, q̄ tibi est.
- He. Non hanc ego uolens omittam uirginem.
- vl. At ego hinc relictæ non abibo uirgine.
- Po. Mibi mater audi, tuq; Laertæ genus

E V R I P I D I S

- Parentibus concēde merito concitis.
 Tu misera cum uictore ne pugnaueris.
 Sterni solo uis, ac trahi corpus tuum
 Anile per uim pulsa? uin iuuenis manus
 Fœdis modis reculsa dedecorarier?
 Istæc ut accidant tibi absit. haud enim deceat.
 Quin age manum da iam mihi dulcissimam
 dilecta genitrix, ac genam applicem genæ.
 Posthac enim haud unq; sed extrellum iubar,
 Orbemq; phœbi hodie quidem conspexero..
 Finem ergo nostri fac age alloquii cape,
 Ac dicta mecum conserito nouissima.
 O mater, o parens abeo iam ad inferos;
 He. Hengnata nos in lumine hoc seruibimus.
 Po. Frustrata sponsō, ac debitiss mihi nuptias.
 He. Misera dagnata es, mulier infelix ego.
 Po. Illic iacebo in tartaro tete procul.
 He. H ei misera qd agā? uitā ego hāc quoad trahā?
 Po. Ancilla moriar patre nata liberō.
 He. At ego orba quinques decem iam liberis.
 Po. Quid Hectori ex te nuntio, aut seni uiro?
 He. Dic fœminarum me omnium miserrimam.
 Po. O pectus, & quis alita blande sum ubera.
 He. Proh ante tempus fati acerbi filia.
 Po. Vale o parens. Cassandra iam mihi uale.
 He. Alii ualcbunt, istud haud matri est datum.
 Po. Quiq; in fera es Polydore frater Thracia.
 He. Ita si quidem ille uinit, at qui non puto
 A deo undeqnaq; prorsus infelix ago.
 Po. Vinit, premetq; mortua tibi lumen.

Ego

HEC VBA.

- He Ego et ante mortem p̄ae malis sum mortua.
 Po Me duc vel lysse flammeo obuoluens caput,
 Etenim prius, quam macter, examinor mea
 Luctu parentis, et hanc nec ploratibus.
 O lux, licet nam nomen affari tuum,
 Neque ulla post hac copia dabitur tui
 Nobis fruendi, nisi quod interest moræ
 Adensem eunti hinc, atq; Achillis ad pyram.
 He Soluuntur artus hei mihi. ac mens deficit,
 Ognata matrem prende. porge dexteram.
 Dane relinquas orbam. Amicæ, concidi.
 Vtinam Lacenam sic sororem Castoris
 Helenam uiderem, quæ decentibus oculis
 Florens peremit indecenter Ilium.
 ch A ura, pontica aura,
 Quæq; pontigradas per undam
 R aters celeres agis marinam,
 Quo loci miseram uches me è
 Addicta cui sub ædēs
 Ancilla deferar?
 Ad littora dorict, an ne
 Ad Pthiada, quo loco aitne pa-
 trem eximiū latias
 C urrere Apidanum, satq; rigore, an
 S also misera remo
 I llam appellar in insulam, pro-
 ductura domi dies acerbos,
 P rimitua ubi palma frondet,
 I aurusq; sacros in altum
 I atona tibi edit,

E V R I P I D I S

G ratissima ramos,
P artus monumenta dii ,
A c cum deliacis puel-
lis , A rtemidisq; deæ
S picula arcusq; canam, aureamq; nittam ?
A n palladis urbe, quam
C urrus nitidi uehunc,
P eplus in croceis equos
S ub iuga splendida mittam ?
P ingens uaria, crocūq;
S indone florulenta ?
A n titanum ad sobolem ,
Q uam saturnius igniuomo rex
S trauit iaculo? .
V æ progenitoribus,
V æ patribus, ac solo,
Q uod fumo mhi concidit.
M arteq; captum, exustum
A b Argivis . at ipsa in
T ellure uocabor extenso
S erua, Asiam fugiens
E uropæ famulantem ,
M utans morte faces thalami.

T⁴

V bi phrygum regina quæ dudum fuit ,

C h

H ecubam, puellæ Troades conuenero ?

T⁴

E etiam haud procul te, tergo humi strato cibat

T althybie præc, circum perta linteis .

O Iuppiter quid dicam ? utrum mortalia

R espicere te ? an ne opinione fallier

F also putantes esse diuorum genus ?

HEC VBA.

- Casū sed omnes res agi mortalium?
 Non hæc modo regna ditium Phrygum?
 Prianī uxor ista nōn ne locupletissimi?
 Nunc urbs quidem eius funditus bello iacet,
 At ipsa, anusq; et orba liberis, hum
 Cubat, inquinata puluere infaustum caput.
 Fheu se nex sum sed tamen mori prius,
 Quam fœdus ullus acidat casus uelim.
 Te surge misera, tolle subductum latus,
 Quodq; omne canis albicat pilis caput.
- H**e E hem, quis hic qui corpus haud sinit meum
 I acere? quid me, quisquis, afflictam moines?
Ta T althybius adsum Achini mulier agminis
 Minister, acer sente te hinc Agamemnone.
He O uir mihi carissime, an q; me quoq;
 Vi sum est Pelasgis, ad se pulchrum oavidier,
 Ob id uenis? ut grata nuntias mihi.
 Properemus, acceleremus, age duc me senex.
Ta Gnatæ ut cidauer se pelias, te mulier hinc
 Ducturus adsum, me quidem legant ad id
 Geminiq; Atridæ, exercitusq; Achæicus.
He Miseræ hei mihi, quid aiz? ergo non adisti, ut
 Moriamur e nos? uerum acerba nuntians?
 Gnatæ interisti matris amulsa esimur.
 Eg o rba posthac liberis, miseræ hei mihi.
 Sed illam ut oavidisti? an reuerentius?
 An sic, ut hostis diriter leto est data?
 Dic hæc senex, haud læta dicturus licet.
Ta Duplices mihi uis me parare lachrumas,
 Miseratione filie mulier tuæ.

EV RIPIDIS

Et hic enim tam fæna commemorans, genam hæc
 Fletu rigoro, maduit et lachrumis nahi
 Modo ad se pulchrum, cæsa dum ferro occidit.
 Turba aderat universa Achii exeritus
 Frequens se pulchro, filiæ ad cædem tue.
 Polyxenam autem Pyrrhus attollens manus,
 Summo se pulchro statuit, at qui pone ego.
 Lectiq; iunenes ex Achiiis incliti,
 Salutum iuuenæ ut manibus exciperent tue,
 Sequuntur, ac plenam tenens pateram, undiq;
 Auro nitentem gnatus Aecide manus,
 Fudit parenti mortuo libamina.
 Mihi innuit, præconio silentium
 Indicerem omni Achiuum multitudini,
 Egocq; inter omnes medius adstant, hæc loquor.
 Silete Achii, Pax sit omni cœtui,
 Pax, et quies statui quietum exercitum.
 Hic inquit. O mi nate Peleo pater,
 Libationes propicius cape has meas,
 Placida abditorum manium euocamina.
 At tq; huc ades, quo purpurantem combibas
 Puræ puellæ sanguinem, quem tibi damus
 Egocq; plebsq; iamq; nobis sis fauens.
 Soluens rudentem, et nauium retinacula,
 Concede nobis, sospites ab Ilio
 Omnes reuersos, patriam reuiscere.
 Hæc ille. At omnis populus appretatus est
 Oculis sub hæc mox aureis pictum notis
 Educitensem, iunenibus Graio agmine.
 Lectis, phellam ut prenderent manus, innuit.

vbi

HEC VBA.

Vbi sensit illa, hor ore prodidit sonos.

O qui exscisti oppidum Argui meum,

Cupide abeo, ne quis corpus attingat meum.

Intrepida si quidem colla porrigam, ac uolenti

Quo ingenua moriar, liberam me per deos

Sinete immolantes, quippe apud manes quoq;

Regina cum sim, dicier seruam pudet.

Turba adfremebat. rex et ipse iuuenibus

Mox imperat, quo uirginem remitterent.

Hic simul ut audiere uocem regiam,

Summaq; omittut, na huc penes ius primu erat.

Vbi illa sensit iussa principum, illico

Summo prehensor pectore, scidit manu

A d umbilicum, uenteris ac medium, peplos,

S inumq; monstrat, et uelut statu admodum

M ammas decenter, dehinc humi figens gena,

V erba ore fudit omnium miserrima.

E n iuuenis, hoc si pectus ense mauoles

P romptum ferire, ferito, sin ceruicem, adest

E xprompta ceruix. T um misertus uirginis

P yrrhus, uolensq; et non uolens, atq; haesitans

A nimæ meatus ense librato secat.

F luxere uenæ, at illa iam moriens, tamen

S ollicita mire est, condecenter ut cedat.

C æletq; quæ celerare decet oclos uirum.

I etalis ast ubi uitam ademerat mucro,

L abor ex Achius idem habebat neminem.

A lii iacentem frondibus confernere,

A lii supremum sedulo apparante rogam,

T adas ferentes pineas. qui nil tulit,

EV R I P I D I S .

M'ale audiebat a ferente, hunc in modum.
 Ignave cessas, nec puellæ amculum,
 Nec aliud ullum munus adferens manus?
 Nil hil es datus, virgini promptissimæ,
 An nim'q; summo? de perempta filia
 Hæc tum ferebant liberorum at te quidem
 Matrem optimorum, uerum eandem ex omnium
 G rege fœminarum conspicor miserrimam.

- Ch** Acerba qnædam Priamidas clades premis,
 Vrbemq; nostram, fata sunt istæ deum.
Hec. In quod malorum gnata, cum adsint plurima
 Intuear, hæres. Si quod attingam, illico
 Aliud uerat. rursum alia mæ molestia
 Alio uocat, malisq; succedunt mala.
 Et nunc acerba fate ne plorem tua,
 Ne queam profecto temperare pectori.
 Hoc rursus ipsum, nempe ne gemam admodum,
 N imisq; acerbe, sustulisti, strenua
 • M ihi nuntiat. Non nouum ergo, si mala
 • F auente cœlo terra fert segetem bonam.
 • B ona destituta, quibus opus fuerat, malum
 • F ructum edit. At mortalium quisquis malus
 • N il possit aliud esse, quam semper malus,
 • F rugi, usq; frugi. Sors nec ingenium uiri
 • A duersa uitiat. Sed probus semper manet.
 V trum id parentum, an educantium magis?
 • R epte educari scilicet nonnullam habet
 • D octrinam honesti, quod quidem quisquis probe
 • T enet, idem honesti ad regulam nouit scelus.
 Sed inaniter iam mens mihi hæc effutit.

- Tu porro Achius uade, et iste nuntia,
 Ne filie quis applicet manum meam,
 Vt etenq; populum nam frequenti in agmine
 Indomita turbā est, ac tumultus nauitis
 Vt incit furens incendium. quisquis mali
 Nil hic patrabit, ille denum erit malus.
 At tu uetus ministra sumito fistulam,
 Atq; huc reporta pontico impletam salo,
 Ut supremis te lanachris filia,
 Innupta uupta. uirgo non uirgo, lauem.
 Et ut tibi exhibeam quibus digna es, sed id
 Qui? aut unde? nequaq; potero, heruntamen
 Sic ut licebit nanq; quid aliud agim?
 Mundumq; captis colligens a fœminis,
 Quæ mecum in iisdem desident tentoriis,
 Si qua ex penatibus aliquod suis habet
 Furtum, insciis, quos nacta nuper est, heris.
 Tecta o decora, prob beatæ olim domus,
 O liberis, opibusq; florentissime
 Priame, uetusq; ego illa liberum parens,
 Ut pristina exuti superbia, ad nihil
 Recedimus. et post iste adhuc tumescimus,
 Occupatis nostrum hic quidem penatibus;
 Præfusit hic q; dignitate cuiibus.
 Curarum inania mentis haec sunt somnia,
 Inquæq; fastus. ille felicissimus
 Cui nihil contigerit in uita mali.
Ch Mihi ærumnam Aetropos,
 Mihi cladem dei parabanc,
 Syluam ut primum abiegnam in Ida

b iiiii

EV RIPIDIS

- A lexander incidit,
 Liquida nata rate transiturus, audax
 Helenæ ad thalamos, iubar quam
 Pulcherrimam auricomam
 Orbe uidet Phœbi.
 Nam mala, en nos, malisq; nullane
 Tristiora fata.
 P rina amentia ciuitati
 M alum publicum iliacæ
 P eperit, et ab aliis profecta clades.
 Iudicatq; lis in ida est,
 Qua tres cœlicolum puellas
 P astori iudicavit ad
 Bellaq; stragemq; ,
 M eæ exitum domus.
 G emitq; forte quæ piam, ad
 V ndosum Eurotam
 Lacena lachrumosa puella in ædibus.
 C apit quoq; mater albo
 O rbata gnatis, iniicit
 Manum, unguem in ora cruentum
 Infigit auida, dilaniatq; malas.
Fa Y bi Hecuba multo fœminæ, miserrima?
 Quæ superat omne virū, ac simul nostrū genus
 Malis? nec ullus palmam ei præcepit?
Ch Vt misera nunquam dormiunt uocis tue
 Male ominosa tristia præconia.
Fa H ecubæ dolorem hunc adfero. porro in malis
 " H aud est facile, bene ominata dicere.
Ch Ac forte teclis prodiens uidelicet

Verba

HEC VSA.

V erba inter ipsa commode apparet tua.

Fa O misera prorsus, et magis quam proloquer
H era, occidisti, uina non es amplius,
O rba urbe, gnatis, ac marito, perdita.

He A is nouum nil, ac scientibus opprobras.

Sed quid cadauer hoc Polyxenæ uenis.

P ortans, se pulchrum cuius Arguum manu
Modo nuntiatum est omnium properarier?

Fa Nihil iste nouit sed Polyxenam mihi
Deflet, nouarum cladium attingit nihil.

He H eu misera, natis nunquid buc aduersi mihi
S acra citum furore Cassandæ caput?

Fa V inam elocuta es, mortuum hunc nihil gentis.
A t qui reiectum iam cadauer inspice,
N ona res, et insperata se offeret tibi.

He E xtinctus eheu cernitur gnatus mihi
Polydorus, a me Thraci creditus uiro.
I nfaustra peri, nulla sum posthac ohe
O pignus ohe, cantionem mænadum
In gredior, haec nona ab hoste resciscens mala.

Fa I nfaustra gnati fata cognoscis tui?

He I n opina mira nona nona aspicio, malis
P rognata ab aliis, alia contingunt mala,
N ec ullus absq; lachrymis unquam dies,
S uspiriis q; me relinquet tristibus.

Ch O infaustra dira dira perpetimur mala.

He H eu gnate gnate matris infaustrissimæ.

Q uo genere mortis occidisti? quo iaces
F ato? peremit te quis e mortalibus?

Fa M elatet at hunc inliture offendi mari.

E V R I P I D I S

- He** Eiectum ab undis, an trucidatum manus? v
Fa In littus harenosum
Marinus illum fluctus aestu eiecerat.
He H ei mihi. Væ uie.
Didici mihi nocturna uisa in somnia.
Non me fefeller furua imago, quæ mihi est
Conspecta de te G nate, q non amplius
Superstes aura uescerere cœlicas.
Ch Scis qui peremut somniū prudens, aedo?
He Bellator hospes ille Threicius mens.
Ch Vbi senior illum collocauerat pater.
Hen quid ais? auro quo potiretur, tuum
Ita ut uidetur, interemit filium.
He Infanda. abominanda. plus, quam mira. nec
Pia, nec ferenda. Vbi hospitum ius, ac fides?
Qhe uir execrare, ut en se ferreo
Puerile corpus consci disti. nec ferum.
Commouit etas pectus, ubi dispereres.
Ch Vt misera te mortalium infaustissima.
Stituit, deorum quisquis infensus tibi est.
Ipsum sed ecce conspicor Agemnonem
Regem. loquiam desinamus obsecro.
X
Ag G natam se pulsum quin uenis Hecuba tuam?
Nam sic, uti Thalibius attulerat mihi,
Ne quisquam Achiuū filiam attingat tuam,
Sinimus quidem illam nos, manus nec tangimus.
At ipsa cessas. Proinde miror ego. Sed huc
Vt te illò mittam, uenio. quippe illinc bene
Peracta res est, siquid est in his bene.
Hem quem uirum hic intueror in tentoriis.

H E C V B A .

- P hryga interemptum ? namq; corpus ambient
 Non esse Danaum nuntiat amictus mihi.
- He I nfaustra (memet enim loquor, cum te loquor)
 H ecube . qd ago ? numnam huius accido ad genu
 A gamemnonis ? an hoc tacita perfero malum ?
- Ag I n ora tergum quid mihi obuertens tuum
 L achrumas ? quid acciderit, taces ? iste quis est ?
- He A t forte reputans hostem, et ancillam esse me,
 G enibus repellat, et auxero molestiam.
- Ag D iuinus haud sum, nec nisi audiero, queam
 V iam tuorum nosse cogitatum.
- He A t huius animum cur ut hosticium, magis
 I nterpretamur, cum sit hostis haud tamen ?
- Ag H uiusce si nil scire me uoles rei,
 M ecum facis, neq; enim cupio cognoscere.
- He H oc absq; , ferre liberis opem meis
 M inime potis sim. Sed quid haec uerso ? necessa
 A udere, seu impetro, siue et impetro nihil.
 A gamemnon, en per genua supplico tibi,
 T uamq; malam, et auspiciatam dexteram.
- Ag R ei quid optans ? munquid hoc, ut libera
 A eum exigas ? id facile continget tibi.
- He M inime, sed ultra maleficos, ac perfidos,
 Seruire reliqui quicquid est æui, uelim.
- Ag N ostram ergo mulier ad quid imploras opem ?
- He N il tale prorsus, quale tu rex autumas .
 V ides cädauer hocce, quod ego lachrumo ?
- Ag V ideo futurum quid sit, haud etiam scio.
- He P eperi hunc ego olim, ac uenere gestavi meo.
- Ag E st hic tuorum misera quisquam liberum ?

EV RIPIDIS

- H**e At non eorum, qui iacent sub illo.
Ag Num præter illos edidisti quempiam?
He Inutiliter, ut re liquet, nam hunc quem uides.
Ag Vrbs cum periret, hic ubi tum forte erat?
He Emiserat, quo sospes esset, hunc, pater.
Ag Quo semouens acæteris unum omnibus?
He Tellurem in hanc, in qua repertus mortuus.
Ag Ad hunc, tenet qui scæptra Polymestor loci?
He Sernuator auri missus huc tristissimi.
Ag Quis interemit? quóne fato extinctus est?
He Quis alius? hospes hunc peremit Thracius,
Ag Misericordia, potiri cupidus auri scilicet.
He Sic habet, ubi iam fata cognouit Phrygium.
Ag Hunc nacta alicubi es mortuū, aut quis attulit?
He Haec, in marino forte nacta littore.
Ag Vt rū ne quærens hunc? an aliud quiddā agēs?
He I erat lauachra ferret ut Polyxenæ.
Ag Eiecit, ut uidetur, hospes hunc necans.
He Ponto uehendum, membra sic sic dissecaans.
Ag Misericorda mulier, obruta immensis malis.
He Perii, nec ullum restat Agamemnon malum.
Ag Hoc quæ perinde infusa mulier extitit?
He Nulla est, nisi ipsum dicas infortunium.
 Quapropter autem genibus aduoluor tuis,
 Audito, et æqua si tibi uidear pati,
 Mittam querelas, sin minus, te uindicem
 Præbe mihi hospitis omnium impiissimi.
 Qui nec supera, nec infera uerens numina,
 Manus peregit facinus immanissimum,
 Mensa receptus sæpe communū mihi,

HECVB A.

P rimumq; amicos inter, obtinens locum,
D emum asscutus, quicquid æquum erat, dolis
P regitatis, filium occidit meum.
A t nec se pulchro, quando decreuit necem,
D ignatus est, sed æquori abiecit fero.
N os ymbecilles forsitan et captæ sumus,
» A t dii ualentes, lexq; diuis imperans.
» E tenim uel ipsos lege censemus deos.
» A equa, atq; iniqua hac finientes uiuimus.
E a siquidem ad te pertinens, pereat, neq;
P oenas luant ii, qui trucidant hospites,
V el audeant qui sacra diuis tollere,
I am pensi erit mortalibus prorsum nihil.
H oc itaq; foedum si putas, me respice,
M isererere nostri, pictor et ueluti procul
S tans, me intuere, quanta perpetiar mala.
R egina dudum, ancilla nunc quidem tua.
M odo cinctagnatis, orba nunc, annus simul
D eserta, et exul, infima in mortalibus.
H ei miser, quonam clam mihi abducis pedem?
S um actura, quantum apparet, infelix nihil.
» Quid discipimus (dignum ut est) in cæteris
» S udamus, atq; singulas inquirimus?
» A c non magis suadela, que mortalibus
» R egina sola est, examissim exquiritur?
» D atoq; pretio discatur? Quo quoque uelit,
» E a quisq; persuadere possit, et assequi?
Q uis itaq; post hac læta promittat sibi?
C natu tot illi, non mihi adfune amplius.
A bduxit ipsa captæ, et indigna patiens.

E V R I P I D I S

- Verbisq; sumum subvolantem conspicor.
Astillud, et si forsitan importunus,
Hunc admonere ueneris, eloquar tamen.
M ea gnata phoebas ad latus cubat tuum.
Quam multitudo phrygia Cassandram uocat.
Vbi queso noctis rex suauis iam refers?
Dulcissimorum aut in thoro complexum.
Quam gnata gratiam feret, et ex illa ego?
Si quidem tenebrae, et noctis oscula scilicet
Summam inter homines benevolentiam ferunt.
Hunc igitur audi hunc mortuum coram uides.
Hunc si innabis. cum sit affinis tibi,
Facies probe. unius parum est oratio
Membris, nec una lingua nobis est satis.
Vt tinam quidem fiant mihi uocalia
Brachia, manusq; comaeq; et extremi pedes,
Sue Dædali arte, siue quo piam deo,
Vt cuncta pariter genua contingent tua,
Plorenq; et omnis generis emittant sonos.
O rex, et o lux summa Achium, flectere.
Dextramq; opiferam porge supplici. Rei
Nil aliud ut sit, attamen uiri est probi,
Vt faueat aequo, iusta quod potest, innans.
Contra, maleficos semper afficiat malis.
Gh Mirum est, ut omnes res cadant mortalibus.
Moderantur ipsa et fati leges, ac regunt,
Dum qui fuere nuper inimicissimi,
Statunt amicos. Rursus et qui benevoli
Fuerant, eos odii acerbante mutuis.
Ag Ego teq; gnatimq; Hequba, fortunas tuas

H E C V B A .

S uscipio omnes, supplicem simul manus.
V oloq; et deorum, & æquitatis gratia,
P renas tibi istat hospitem impium dare,
S i quo uidebis posse confieri modo,
S imul ut tibi q; commodetur, nec tamen
M e multitudine fauore Cassandrae sci at
N ecm hanc tyrranno thracio molirier.
S cruplo illud animum turbat iniecto meum,
Q uod illum amicum copiæ ducunt uirum.
A t rursum istum qui peremptus est, suum
H ostem autemant is siquidem est carus tibi,
P rinatum id est, nec pertinet ad exercatum.
A d ista noris, q; uolentem me quidem
H abes, ut ad sim rebus adiutor tuis,
O pemq; ferre promptum, et acutum tibi,
C onera, pigrum, si offendō multitudinem.

He n Heu,

- V t nemo quisquam liber est mortalium, aut
- F ortuna seruum reddit, aut pecunia,
- A ut scriptæ lex, aut multitudine ciuium,
- V etat suopte uiuere ex arbitrio.
S ed quia paues, nimiumq; multitudinē
T ribuis, ego isto te leuauero metu.
S is conscius modo, siquid intendam malū
H uic, qui peremit cæterum adiutes nihil.
T antum hoc ferente, quæ feret, si qui interim
E xistet aut tumultus, aut succursio
C ompescet tu studere dissimilans mihi.
P orro alia, fide, cuncta conficiam probe.
Ag Qui queso? quid ager? num manus, cū sis annus?

E V R I P I D I S

Ferro-prehenso barbarum interimes uitrum?

An mage uenenis, siue quali tandem ope?

Tibi unde amicos? quae tibi assulet manus?

He Hæc ipsa claudunt recta Troadum gregem.

Ag Prædam Pelasgum forte captivas ays?

He Per has quidem sum ultura carnificem meum.

Ag Et qui uirile robur aderit fœminis?

He Res ualida multitudo, nec superabilis,

Armatu quando est clanculariis dolis.

Ag Res ualida, sed muliebre noc probo genus.

He Quid? nonne iuuenes nuper Aegypto satos

Omnis semel fœmina conficit manus?

Maresq; Lemno sustulere fœmina?

Sed qua gerendum sit uia negocium,

Istam mihi relinque sollicitudinem.

Quin fœminam hanc per copias duci iube

Tuto hospitem sed tu profecta ad Thracium

Dic, aduocat regina te dudum Ilii

Hec uite, tua pte gratia haud minus, ac sua

Gnatosq; refert scire & hos, quæ mox tibi

Narrabit illa. Sed recentem uictimam

Agamemnon inter hæc ueta se pelirier,

Germanus una ut cum fratre, uno rogo

Geminus dolor parenti, humo condì queant.

Ag Ita fiet, at si nauigare copiis

Licuisse, hoc tibi haud queam largirier,

Sed quia ferentes nunc negat uentos deus,

Manendum, & opperendum erit nobis, quoad

Debet secundus cursus, atq; commodus.

Bene uerba autem, quippe pariter omnium

Et publicitus,

HECVBA.

- E t publicitus, & singulorum proprie-
- R efert, malis, male euenire, bonis, bene.
- Ch. P atria heu dolor ilium, haud
- V rbs inexpugnata vocabere posthac
- T am densa circum Danaum tegere nube,
- D omita, heu domita hosti es,
- S poliataq; turrium corona.
- F umi vapore flagranti
- P ingeris miserabili nigrore.
- N on te rur sus obambulabo.
- N octis medio interiui,
- C um iam a coena somnus suavis
- I n oclos spargitur.
- S olenibus ac sacris chores,
- C antibusq; perattis,
- I acet in thalamo maritus,
- S uffixaq; lancea,
- P axillo hæret in alto.
- E t necdum agmina nauticæ Tre-
- iæ conscendere mœnia sentit.
- A st inter hæc mihi reuinctis
- M itris uaga lege, & orbe
- C erto coma componitur
- A urei rotundum
- S pectanti speculi æquor, atq;
- L ecto proxima stabam,
- S ubiturq; mox eram cubile,
- E n oppidum occupat tumultus,
- P hrygumq; talus urbe clamor
- S onat quando Achini, quando, agendum

c

EV RIPIDIS

P opulati ualidam Phrygum aræm,
V estras domos repetetis?
A t dulcets thalamos ego simplici
R elinquo ueste sic , uti
S olen pueræ Dorides .
N ec profuit mihi , quod supplex
P roculberem Artemidi infelix .
A gor autem , oculis uirum interemptum .
I ntuens , pelagi per undas ,
V rbeq; respectans , ubi
I am pedem reducem carina
M oueret , undinagum per æquor ,
M e q; solo abduceret Iliam ,
D olore concidi , ger-
manam Dioscurorum Helenam execrans ,
I dæumq; pastorem ,
P estiferum Paridem , q; e parente
T ellure me exigeret ,
A tq; pellerent domo nuptiæ , non nuptiæ .
I mmo dæmonis
M ale amici
A trox calamites quæpiam . at
I llam neq; maria tumida reuehant , neq;
A d patrias peruenierit ædeis .
P o. O Priame pectori uir omnium meo
C arissime unus , atq; item carissima
H ecuba , illachrum te contuens , urbem actuam ,
I stamq; , quæ modo est perempta , filiam .
H eu
■ V t stabile nil est , nec licet confidere ,

HEC VBA.

- m C onfidere inquam non licet successibus,
- m V t, qui secundis floret, haud in posterum hic
- m R ebus repente fiat aduersis miser.
- m V erum excitato susquedique numina
- m M iscent tumultu cuncta. Proinde inscitia
 V eneramur illa. Flere at hæc quorsum attinet,
 G um nil medelæ ad pristina adferant mala?
- A bsentiam at tu si quid incusas meam,
 I gnosce, nam forte intimis aberam procul
 T hraces in oris, hunc ubi appuleras locum.
 V erum ut reuerti famula protinus domo
 P edem efferenti commodum occurrit tua,
 V erbis tuis mihi nuntians, quæ simul ego
 V t audii, e uestigio huc me contuli.
- He. O re intueri te quidem aduerso pudet
 P olymestor, i sthus modi sitam in malis.
 N am cui beata uisa sim, huic me pudor habet
 I n hoc statu, in quo nunc ago, reperirier.
 N eq; te queam rectis tueri pupulis.
 S ed ne putaris istud esse odio tui
 P olymestor, at qui est qui ppiam in causa rei.
 V el lex receptæ moribus mortalium,
 A duersa nequa femina spectat uiros.
- Po. N eg; miror equidem, me sed ad quid est opus?
 C uiusq; gratia moueo domo pedem?
- He. A rcanæ res est, quam tibi, ac gnatis tuis
 C upio referre. proin satellites mihi
 P rocul his iubeto absistere a tentoriis.
- Po. A bite. tuæ hæc solitudo. tu quidem es
 B ene uola nobis. bene uolus mihi hic item

E VRIPIDIS

- E xeritus, Sed indicare iam tuum est ,
I n quo beatum deceat afflictis opem
A dferre amicis. promptus admodum sum ego.
He. D ic hoc prius, quem creditum domi tenes
P atris e manu , meaq; Polydorus meus
V iuit ne? deinceps reliqua percontabimur.
Po. V iuit profecto , hac parte res bene habent tue.
He. V ir optime, ut probe loqueris , ac digna te.
Po. P ost hæc quid ex me concupisces discere?
He. E tiam parentis nunquid est memor mei?
Po. Q uin clanculum ad te studuit huc accurrere.
He. S ed saluum id aurum est , Ilio quod attulit?
Po. S eruatur istud in ædibus saluum meis.
He. S eruare perge , nec appetas res hospitum.
Po. A b sit mulier . ius que , mihi adsunt , perfruar.
He. S an ergo quæ tibi proloqui , ac gnatis uelim?
Po. I gnoro . uerbis indicabis hoc tuis.
He. A metur ut tu nunc amatus es mihi.
Po. A ge , quid uolebas scire mecum liberos?
He. G azæ priamidòn abditæ ueteres humo ,
Po. I stuc referri filio cupis tuo?
He. P ror sum , & quidem per te . uires etenim pius .
Po. Q uid igitur hos adesse oportet liberos?
He. M oriare si tu scire & hos satius erat.
Po. P robe elocute es , & hoc modo consultius .
He. S an ilia delubra ubi sint Palladis ?
Po. T hesaurus illic scilicet signi at quid est?
He. T ellure summa prominens ater lapis .
Po. A t nunquid , hinc quod ad hæc loqui uelis mihi?
He. S erues uelim has , quas extuli pecunias.

HEC VBA:

- Po. *Vbi nempe? an intra am?um? an abditas h?est?*
- He. *S poliorum aceruo his delitent tentoriis,*
- Po. *Vbi? nam hic pelasgum nautica tabernacula.*
- He. *Sunt propria captis f?eminis tentoria.*
- Po. *T utan' satis sunt intus, atq; absunt uiri?*
- Hc. *I ntus Pelasgum nemo nos solae sumus.*
S ed intro propera quippe Graii ab Ilio
C ursum ad penates flectere cupiunt suos,
V ti cuncta ubi peregeris quae te quidem
P eragere par est, tum tuis cum liberis
E o queas reuertier uidelicet,
V bi meum ipse collocasti filium.
- Semi. *N on dum dedisti, at forsitan poenas dabis*
- cho= *P ortu ut procul quis turbidis uasti maris*
- rus *E trans procellis, mox suaui orbabere*
- » *A nima, atq; uitam deseres. siquidem dolus,*
- » *N ec aequitati, nec deis sat congruit.*
- P estifera. *pestifera mala.*
- H eu mentietur istius tibi spes uiae,
- L etifera quae te adduxerit sub tartara
- E ho nuser, sterneris imbelli manu.
- Po. *O culum orbor eheu luce. ex aspectu miser,*
- Se. *V iri eiulatum Thracis audistis precor?*
- Po. *H eu rursus eheu, liberos necant meos.*
- Se. *I ntus peracta genera supplici noua.*
- Po. *N unquam tamen quantumlibet pernicibus.*
M e pedibus effugeritis, immo protinus
Quatiens ex ipsa tecta funditus eruam.
- Se. *V ibratur ecce dextera telum graui,*
V ultis ne ut irruamus intro? locus enim

EV RI PIDIS

- H ecuba&q; & iſſis ferre ſappetias monee.
- He. R efringe(nequid parceris) uellens foreſ.
- O culos enim haud reſarcies unquam, neq;
- V iuos uidebis, quos necaui, liberos.
- Se. N um Thraci uictrix potiris hospitis?
- P atrastin' hæc, cuiusmodi narras, heras?
- He. M ox hunc uidebis prodeuntem ex ædibus
- C æcum, atq; cæcis lubricantem paſſibus.
- P ariter duorum liberum cadavera,
- Q uos ipſa cum fortissimis Iliadibus
- F erro perem. Iamq; perſoluit mihi
- P oenas, ſed(ut uides) foras mouet pedem.
- V erum hinc procul conſerero, ac uitauero
- I ra æſtuantem Thraci, & indomitum uirum.
- Po. H eu, quo ferar? quo intendam? quo torquebo
- Q uadrupedem gradum, montigenæ feræ
- P resſa manu uelutigia tentans. Q uonam
- H uc, ánce illuc deflectam curſum?
- V e uiricidis, quæ me perdunt,
- T roadibus iniiciam manum.
- S celeſtæ, ſceleſtæ Phrygum nurus
- P roh execratæ
- Q uo me paſſitantes
- S e abdunt lātebris?
- O utinam meis ſanguineis oculis
- M edeare, medeare, mihi lumina
- C æca adimens Phœbe.
- A t at ſile, occultum gradum ſenno ha-
- rūm mulierum.
- Q uo aeo pedem? carne, atq; oſſibus

HEC VBA:

M e expleturus? quo mihi sumam

P oenam iniuriae meæ. Io miser

Quo. quo rapior? sola tartareis

B acchis relinquo secunda pignora,

C ædem canibus cruentam

I mpias dapes, montanamq; prædam.

Quo tendo? quo me uerto?

V t sali nauis in fluctibus

T urgida uela distendens

F unestum in has me recipiens latebrae

C ustos meorum liberum.

Cho. E heu miser, q; grauia perpetuis mala?

S ed cum patraris fœda, poenas asperas

S umpsit, deorum quisquis infensus tibi:

Po. E heu, ohe ferocis

G ens martialis Thracie,

H asta ualens, equisq;

O he Pelasgum copiae,

E ho duces Atride,

V oco. uoco rursum uoco.

V enite. adeste cursu,

O mnes rogati per deos.

A uidit aliquis uocantem?

A nnem nobis feret opem?

Quæ uos moræ retardant?

M e perdidere fœminæ.

M e perdidere captæ.

A cerba. acerba pertuli.

H eu dira nostra clades,

Quo uertor, aut quorsum feror?

E V R I P I D I S

- v trūm ne subuolabo
 s ublimem ad ætheris domum?
 v bi minax Orion,
 v bi siriū oculis suis
 R adios iacit micantes,
 F lammis micantes igneis?
 A n tartari nigrantis
 T ristem petam portum miser?
- Ch.** v bi quis malorum pondere, atq; sarcina,
 " Q uā ut ferre possit, acerbiore, premitur, huic
 " S it uenia uitam calamitosam linquere.
- Ag.** M e excuit huc audita uox, neq; enim (scio)
 R upis profundæ filia, per exercitum
 R eboauit Echo, concitans strepitum, at nisi
 E uersa constet marte graio pergama,
 M etum hic dedisset strepitus haud quaquam leue.
- Pol.** A gamem non animo rex meo carissime,
 N am uocem ut audii, illico agnoui tuam,
 E n ipse nobis hoc, quod accidit, uides.
- Ag.** P olymestor ehem te quis euertit miser?
 Q uis ademit oculos, sanguine infectis genis?
 A tq; hos peremis liberos? is quisquis est,
 I n teq; gnatosq; odia scua gesserat.
- Pol.** A diuta captiuis Hecuba me fœminis
 Extinxit, haud extinxit, immo & amplius.
Ag. Q uid aīs? patra stan'ficius hoc, quod hic ait?
 T un'ausa es Hecube tam stupendam audaciam?
- Pol.** Hem quid aīs? illa nuncibi hic adeſt prope?
 A ge indicā dic ubi sit, ut raptam manus
 L aniem, ac cruentem corpus omne sanguine.
- Hem

HEC VBA.

- Ag. *H*em tu quid aīs?
 Po. *H*oc per deos te deprecor
I sti furentem' me sine iniiciam manū.
 Ag. *T*ibi tempora, istam mente barbariem exūens.
*D*ic, ut ubi tēq; et hanc uicissim audiuerō,
*Q*uapropter hēc patiāre, recte iudicē.
 Po. *V*icā ergo. *Q*uidam Priamidum minimus fuit
*P*olydorus Hecuba natus. *hunc Priamus mihi*
*D*omi educandum nūsit abs Troia pater,
*E*xscidia iam tum prātimens urbis suā.
*E*um peremī. *C*ur eum peremerim
*A*udito, quam sapiente prouidentia,
*M*etui, relictus ne tibi hostis, hic puer
*T*roiam aggregans, hoc rursus incoleret solum.
*P*orro ubi Pelasgi Priamidum resūcerent
*S*uperesse quendam, rursus huc appellerent.
*T*um deinde Thraces hosce populantes agro,
*I*ncurrerent, nocente uicino Ilio,
*Q*uo nunc et ipso rex laboramus malo.
*A*st Hecuba simul, ac filii necem sui
*C*ognoverat, me hac arte duxit, abditos
*I*n Ilio monstrare thesauros mihi
*P*romittit, auri Priamidum. cum liberis
*I*n tecta solum inducit, ut ne quis alius
*M*ortalium ualeret hēc cognoscere.
*S*pondaq; media sedeo, curvato genu,
*S*tatim frequentes hinc et hinc cingunt manus.
*A*c uelut amicum me Iliæ circunsidene
*I*uxta puellæ, textaq; Edonicæ manus,
*T*ractant tenentes, lucidam uidelicet

E V R I P I D I S

A d auram amictus hosce spectantes probante.
A liæq; Camaca dum intuentur Thraciam
I am me renudant duplci stolifmate.
A t quæ pepererant, hæ stupentes, pignora
Librante in ulnis, ac uicissim per manus
Tradunt, ut a parente summoueant procul.
D e hinc post su surros inter ipsas mutuos,
T actasq; post mussationes, ærea
Q uibus o dei modis, repente e uestibus
L acuosis profrentes spicula,
F odiunt puellos. rursus hæ more hostium
M anus prehendunt, atq; continent, meas,
P edesq; gnatis ferre concipiens opem,
S i forsan ora gestiebam attollere,
C oma tenebant, siue motabam manus,
D ensa undiq; imminentे mulierum agmine
A tq; opprimente proficio miser nihil.
P orro supremum iam malum plusquam malum
M ire patrarunt, quippe corruptis manu
A cubus, mihi orbes lumen miserrimos
F odiunt. cruentant, deinde mox circum domum
F ugitant. at ipse nempe proscilio foras.
V t fera cruentas persequens cur su canes,
Omnemq; lustro parietem, uenantis in
M orem, modumq; concutioq; et dissipo.
A tq; hæc quidem sum passus Agamemnon, tibi
D um facere gratum studio, sustollens tuum
H ostem Sed ut ne uerba longius traham
D e foeminis si dixit antehac quis male,
H odiè ue dicat, siue post dicturus est,

- C**uncta hæc ego compendio dicam semel.
 • **N**eque terra simile, nec fretum gignit genus.
 • **A**tque illud ipsa dicit experientia
 • **S**emper, cui cum illis negocium incidit.
- H**e. **T**anta caueto utare confidentia,
Néne ex tuis ipsis aestimans malis,
Muliebre sic uel omne uituperes genus.
Pleraque nostrum aliæ quidem laudabiles,
Aliæ malarum de grege, ac numero sumus.
 • **A**gamemnon haud decet hominem lingua magis
 • **V**illo ualere tempore, ac factis ualet.
Sed seu proba egit, oportet ergo probe loqui,
Seu praua, rursum dicta ergo esse putida,
Nec iniqua quæ sunt, posse differere bene.
Cati quidem sunt, ista, qui callent probe,
At non quierunt esse ad extremum cati.
Verum malis periere cuncti cladibus,
Nec ullus horum exitia suffugie sua.
Et hoc quidem ad te sit mihi proœmii,
Ad hunc reuertar, ac locis respondero.
Quid ait? Achinos ut labore dupli
Leuare posses, gratiaque Agamemnonis
Mucrone gnatum tun' peremisti meum?
At qui selest, Primum Achium cuiquam
Haud quaquam amicum barbarum fuerit genus,
Neque possit esse. deinde quanam gratia
Prodesse properas? num quod affinis cui, aut
Cognatus essem, aut quid argumenti habens?
An ne reuecti carperent segetem tuæ
Telluris? horum cui putas facies fidem?

EV RIPIDIS

A urum (fateri uera si modo uoles)
E t tua cupiditas filium extinxit meum.
X E tenim doce illud donec in columnis fuit
T roia, urbs q; adhuc munita turribus stetit,
V ixit q; Priamus marte florens Hectoris,
Q uin tum mereri de hocce si libuit bene,
C um gnatum haberes nutriendum in ædibus,
A ut enecasti, aut uiuum in Argiūm manus
D uictum dedisti? at nos ut occidimus, simul
E t ab hoste captam sumus urbem prodidit,
I ugulasti amicum, et ad lares profugum tuos.
A uscultat ad hæc, nunc, unde sceleratus magis
V ideare. Si benevolus Argiūs eras,
A urum, quod huius esse noras, haud tuum,
A dferre decuit, ac dare iis, quibus erat opus,
A nnos q; multos patria degunt procul.
A ttu manu ne nunc quidem euelli tua
P atere, at potiris possidens in ædibus.
Q uod si educare filium, ut te dignum erat,
S ic educasses, at q; seruasses meum,
L audem profecto comparasses inclytam.
S iquidem in malis qui sine potissimum boni
P atent amici, læta amicos passim habene.
I am si fuisset opus tibi pecunia,
I ncolumis et modo ille uixisset tibi
T hefaurus ingens filius furat meus.
A ttu nec istum amicum habes tibi uirum,
A uriq; lucrum periit, ac gnati tui
T uq; ipse ad istum scilicet agitis modum.
P orro illud Agamemnon tibi iam dicam ego.

H E C V S A .

H unc si iunabis uir uidebere improbus .

N am nec pio , nec fido in hos , in quos decet ,
Non aequo amico , non bono , facies bene .

Q uin te malus crudere dicenmus , quia

S is talis ipse . heris sed haud conuictior .

Ch . R es mira , ut homini materiam semper probam

» O rationis , facta suppeditant proba .

Ag . A liena nobis iudicare graue est , mala ,

T amen necesse est nam pudor sit , in manus ,

R eiicere causam , cum semel receperis .

M ihi , ut sciens sis , neq; me apte gratia ,

S ed neq; Pelasgum , hominem uideris hospitem

N ecasse , uerum ut aurum haberes in domo .

N unc in malis quae conferunt tibi , loqueris .

I ugulare forsan hospitem , uobis leue est ,

N obis Achius istud oppido est graue .

Q uinam probrum ergo fugio , si pronuntiem

T e iam innocentem ? non profecto ulla queam

Q uin potius , ubi quae , non licent , haud ueritus es

P atrare , tolera quae uicissim non libene .

Pol . P roh ut uidetur uictus a muliercula

C apta . dabo supplicia deterioribus .

Ag . M eritoq; quando tute patrasti mala .

Pol . H eu liberos , oculosq; fleo miser incos .

He . D oles ? dolere filium haud credis mihi ?

Pol . Malefici grudes ? me q; afficias malis ?

He . Q uid enim ? ulta te , non grudeam iure optimos ?

Pol . A t non item fortassis ubi te uis freti ,

He . N unquid uehere pelasgici ad plagas soli ?

Pol . I mmo supremis lapsam ab antennis reget .

E V R I P I D I S

- He. A tundē saltus tanta temeritas mihi?
Pol. M alum ipsa celeri nauis ascendes pede.
He. A laten' humeris? uel quibus tandem modis?
Pol. F ies canis· oclos igne lucentes gerens.
He. Q ui nota formæ uersio tibi est meæ?
Pol. Threicius augur Bacchus ista prodidit.
He. A t ex tuis nil ille præcinit malis?
Pol. S ic neutiq; me fraude cepisses tua.
He. D efunctan' illic, ànne uiua finiar?
Pol. D efuncta· tumulo nomen indetur tuum.
He. S umptum a figura? aut quod aliud dicis meum?
Po. C anis se pulchrum, nautis signum uagis.
He. N ihil labore, poste aquam te uite sum.
Po. Q uin filiam necesse Cassandram mori.
He. E quidem hæc abominor, in caput reprecans tuū.
Po. C oniunx at illam interimet huius aspera.
He. N e sic mihi unq; gnata Tyndari furat.
Po. Q uin ipsum et hunc bipenne librata in caput?
Ag. I tan furis tu, qui malum acersas tibi?
Po. N eat, at lauacra mortifera te Argis manent.
Ag. N on hunc ministri ui trahetis hinc procul?
Po. A udire graue?
Ag. N on ora continebitis?
Po. O pprimite, dictum est.
Ag. Q uā potest oxyssime
N on hunc solas deferetis in insulas,
A deo procaci quando lingua abutitur?
A t Hecuba tu proh, misera, funera gemina
A bi, atq; se peli· uos oportet herilia
A dire quanque Troades tentoria.

HECVBA.

E tenim hos secundos uideo mentos, patriam
V ersus. bene autem nauigemus, atq; item
L iceat domi res prosperas offendere,
T andem expeditos hisce iam laboribus.

Cho. I te ad portus agite, & Graium
A d tentoria tendite sœna.
E xperturæ posthac sortis
A erumnas seruilius acerbæ.
N am sic urget nescia flecti, &
C ogit dira necessitas.

ARGUMENTVM IPHIGE
NIAE IN AVLIDE.

Ostquam Græorum duces oēs una
P cum classe, reliquoq; belli apparatus
in Aulidem conuenissent, ut i de pari
ter ad Troiam euertendam nauigarent, tanta cō
secuta est coeli tranquillitas, ut nequaquam esset
nauigandi facultas. Quare cum exercitus iam
moleste ferret, se frustra tempus imibi terere, con
sultis extis, Chalcas augur respōdit, Diane Aul
idensi immolandam esse Iphigeniam Agamem
nonis filiā. atq; ita Græos feliciter ad Iliū na
uigaturos. Itaq; conuocatis copiis Agamemnon per
suasus a Menelao, patitur fieri decretū, ut acer
satur puella. Cæterum quo lubentius eam Clyte
mestra mater mitteret, priuati singunt titulū, qua

EV R I P I D I S

si Achilli Græcorum principum summo foret nuptia. Hoc commentum soli nouerant Agamemnon. Menelaus. Chalcas, atq; vlysses. At qui missis iam ad uxorem literis Agamemnon, cum superioris consilii pœniteret, & filiae futuram cœdem ferre non posset, noctu clanculum alias ad ad uxorem literas scribit, denuntians, ne uirginem mittat in Aulidem, in aliud enim tempus proferrendas nuptias. Eas antelucano seni cuidam seruo Argos perforandas committit exposito simul earū argumento. Verum hunc cum epistola Menelaus, dum & ipse ante lucem puellæ aduentum obseruat, intercipit, & acriter cum fratre de consilii inconstantia expostulat. Interea e comitatu Clytemnestra præcurrans quidā, Agamemnoni Menelaō præsente nuntiat, adesse in Aulide Iphigeniam, una cum matre, & Oreste infante, neq; eam rem clam esse exercitu. Ibi simul atq; Menelaus sensit, illi iam non esse integrum filiam remittere, fidei fratri cœpit suadere, ne uirginem sua causa pateretur occidi. Dum haec inter illos uersantur, interim aduecta est Clytemnestra cū filia, multisq; modis exagitatur patris affectus, dum consilium de iugulanda filia studet cœlare. Qua de re dum consulturus Chalcantem abiisset, interea accessit Achilles ex postulaturus cum Agamemnone. Salutatur a Clytemnestra tanquā futurus gener. Achilles ignarus demiratur. Ibi seruus senex ille, cui litteræ secundæ fuerant commissæ, rē proficit, proditq; consilium regis. Indignatus Achilles φ

les q̄ ad cædem uirginis suo nomine effent abusi, in concilio defendit eam, ne perimatur sed uincitur suffragis. Itaq; cum res ad summum tumultum spectare uideretur, reliquo exercitu postulāte puel lam, contra Achille cum uniuersis depugnare parato, ipsa ultro mutata sententia, suadet matri sa- tius esse speciosam oppetere mortem, quam ob suā unius uitam aut tot principes in certaninis pericu- lum uocari, aut rem tantam omitti. Ducta igitur ad aram deæ, ipsa quidem sublata est in Tauri- can regionem, at eius loco cerna supposita est. Se- cro peracto, nauigant Græci.

G V L I E L M O A R C H I E P I S C O
P O C A N T V A R I E N S I
E R A S M V S . S . P . D .

P osteaq; huic tragœdiæ manus admoliri cœpisse amplissime Præsul, protinus alium quēdam ora tionis gustum, diuersamq; carminis indolem sentire mihi sum uisus. Nam (ni fallor) et plusculū ha- bet candoris, et fusior est dictio. Quod quidem no- mine Sophoclea uideri queat. At rursus argu- mentorum densitate, quasiq; declamatoria quadā suadendi, ac dissuadendi facultate, parentem Eu ripidem magis refert. Quanquam utri sit inscri- benda, neq; mecum est pronuntiare, neq; magni re- ferre puto. Nobis tamen uisum est de pristina illa nostra religione non nihil remittere, ne non hac etiam in parte congrueremus argumento. Proinde

d

EV RIPIDIS

Iphigeniam paulo tum fusiū, tum copiosius tradis-
simus, at ita rursum, ut ab interpretis fide neutig-
recederemus. hoc uno in utraq; sumus ausi dissen-
tire, quod in Choris immodicam illam carminum
varietatem, ac licentiā, aliquantulū temperauī
nus, sferantes futurum, ut hac in re docti nobis ue-
niam darent, nimis in tantis uersantibus angu-
stis. quandoquidem neq; Flaccus Lyricorū, neq;
Seneca Tragicorum poetarum tantam in metris,
aut pedum libertatem, aut generum diuersitatem
sit emulatus, cum uteq; se queretur Græcos dun-
taxat, non etiam interpretaretur. Quod si mhi
per grauiora studia liceret, alias aliquot uertere
Tragoedias, non modo me non poeniteret huius au-
daciæ, quin etiam non uererer chororum et stu-
lum & argumenta commutare, mallemq; uel lo-
cum quempiam tractare communem, uel in amoe-
nam aliquam τραπεζοντι exspatiari, quam in ca-
noris (ut uocat Horatius) nugis operā sumere. nus
quā enim mhi magis ineptissē uidetur antiquitas,
quam in huiusmodi Choris, ubi dum nūmum af-
fectat noue loqui, uitauit eloquentiā, dumq; uer-
borum miracula uenatur, in rerum iudicio cessa-
nit. Vale. mecum decus.

PERSONAE FABVLAE.

Agamemnon imperator.

Senex seruus eius.

Chorus ex mulieribus chalcidensibus.

Menelaus

IPHIGENIA.

Menelaus frater Agamemnonis.

Clytemnestra uxor Agamemnonis.

Iphigenia filia Clytemnestrae, et Agamemnonis.

Achilles dictus sponsus.

Nuntius.

BVRIPIDIS IPHIGENIA IN AVLIDE, E GRAECO IN LATINVM TRADV- CTA ERASMO RO- TERODAMO IN TERPRETE.

PRAELOQUITVR AGAMEMNON.

Orsum senior prodi tectis.

Se. b Prodeo. Sed quid molire non*is*
Rex Agamemnon?

Ag. Mox cognoris.

Se. O cyus appropero mea nanq; est;
Multum impigra, uigilq; senecta
Sic, ut et ipsis constet, ex adsit,
Vigor, atq; acies sua, luminibus.

Ag. Ergo quod hoc age traiicit astrum?

Se. Sirius ardens, qui Pleiadibus
Septengeminis uicinus, adhuc
Medio rapidus fertur cœlo.

Ag. Hinc nulla strepit vox, non diuinum
Sed nec Pelagi taciti uentus

EV RIPIDIS

T ranquillum sternunt Euripum.

S e. A t tu quid ita tecta relinquis,

R ex agamemnon?

A ulida adhuc habet hac alta quies,

N ec muris cessere excubiæ.

I ntroeamus.

A ga T u mihi sorte

F elice senex esse uideris.

" N am felicem censem sane

" E go mortalem, quisquis tutum

" I gnotus, et inglorius ænum

" T ransmisit, qui uero ætatem

" E gerunt in honoribus, horum

" S ortem haud duco perinde beatum.

S e. A t qui in istis decus est uitæ.

A g " S ed decus istud, lubricæ res est.

" E tenim uotis dulce quidem ipsus

" E st honos ast ubi contigit idem,

" T um discruciat modo religio

D iuum, non sat rite peracta

L abefactam subuertit uitæ,

M odo rursum hominum mentes maria,

A c difficiles prorsus acerbant.

S e. H aud ista uiro in principe laudo.

N on te seuit ad omnia lœta

A gememnon A treus.

" G audidere, atq; dolere necesse est.

" M ortalis enim es. Si tu nolis,

" T amen eueniet sic diis placitum.

A t tu apposito lumine tæda

scribis

I PHIGENIA.

Scribis epistolium,
Hoc quod manibus nunc quoq; gestas.
Rursum deles, qui cquid scriptum est.
Atq; ob signas, deinde resignas,
Picamq; solo illidis, liquidas
Fundens lachrumas.
Et sic anceps tecum uarias,
Vt i nil desit,
Quo minus insanire puteris.
Quid habes? Quid habes?
Quae noua res, quae res noua quaesit
Tecum agitat?
Quicquid age est, imperti nobis.
Fido, atq; probo dixeris homini.
Nam tibi quondam dotis partem,
Cum uxore tua me Tyndareus,
Misit dignum sponsæ comitem.

Age. Ledæ obtigerunt Thestiadi tres filiae,
Phœbe, Clytemnestra q; quam mihi duxi ego;
Heleneq; at huius nuptias multi proci
Petiere, iuuenes Græciae opulentissimi.
Verum hinc minæ truces coire, et mutua
Cædes uitum immunere uisa non leuis,
Quisquis fuisse non potitus uirgine,
Iarut hæsiteret mente Tyndareus patet
Verum ne datet, an non daret, nimis tum ageret
Sibi res ut ista cederet prosperrime.
Atq; interim illud uenit in mentem uiro,
Vt coirent iure iurando proci,
Atq; inter ipsos lungerent dexteræ, adhæc

EV R I P I D I S

A dolenda diuinum ponerent aris sacra,
 A c semetipsi asttingerent, diris ad id
 C aput obligantes imprecationibus,
 V t quisquis esset ea potitus coniuge,
 H uic adessent vindicaturi simus,
 S i quisquam eam per uim raperet ex ædibus,
 D epellerentq; possidentem a coniuge,
 B elloq; aborti ciuitatem excinderent,
 A rmis perinde pelasgicam, atq; barbaram.
 V bi faedere autem sunt adacti, ac deniq;
 A stitus ex animi sui sententia
 P ersuasit illis arte, et ingenio Senex,
 G natæ facit ius, uti proci ex omnibus,
 D eligeret unum quenlibet sibi uirum,
 Q uocunq; grata ferret aura Cypridus.
 M enelaon illa deligit, et osi foret
 N unquam potitus. dein profectus Ilio
 L ac dæmona ille, qui arbiter quidem trium
 F uerat dearum, uulgo ut homines dictarent,
 I nsignis, ac nitens amictu florido,
 A uroq; fulgens, barbarum uidelicet
 L uxum, atq; cultum gerit ostentans suæ,
 A mans amantem fugit abreptam uehens
 H elenen, et Ida abduxit ad bubilia.
 M enelaus itaq; solus e graiis graui
 I ra furens, uetus sua scéri foedera
 T estatus, esse ius, et æquum prædicat,
 V ti ferant iniuria læsis opem.
 H ic ergo Danaum turba, Marte percita
 C apessit arma, arctosq; in Aulidis sinuus

conuenit

IPHIGENIA.

C onuenit huc, et ratibus, et scutis simul
I nstructa equisq; curribusq; plurimis.
H inc me ducem legere Menelai uice,
Q uia frater essem. Sed utinam loco mei
A lii hoc honoris contigisset cuiquam.
A t nunc coactis undequaq; copiis,
H ac ociosi desideramus Aulide,
Q uod nauigandi copiam uenti negent.
C halcasq; uates mihi si tans tacitus diu
R espondit, Iphigeniam, ego cui pater,
D iuæ immolandam huiusc præsidi loci.
I ta nauigandi copiam Graiis fore,
S imulq; Troiæ diruenda mœnia,
H anc si immolasse, sin minus, tum non fore:
A t ego, hæc ut audio, iubeo uoce publica
D imittat omnem Talithybius exercitum,
V t qui illud animo facinus haud unquam med
L aturus essem, gratiam uti perimerem meam.
T otas ibi artis frater intentans mihi, ac
E xpertus omnes persuaderi uias,
T andem impulit me, atrox ut auderem nefas,
E goq; litteris ad uxorem datis
Q uo filiam huc transmittat impero, uelut
N upturnam Achilli, et dignitatem exaggerans
V iri negansq; hunc uelle iunctis copiis
C um classe Achiuum soluere in Phrygas finit,
N isi sponsa nostra detur in Phthiam domo.
Commentus hanc persuationem ad coniugem
M eam, puellæ obtexo falsas nuptias.
A t hæc ut habeant, soli Achiuum nouimus

& illi

E V R I P I D I S

M enelaus. ego. Chalcas. v llysses. C ettrum
Q uæ tum parum bene statueram, nunc has bene
R ecanto, corrigoq; per tabellulas,
Q uas me sub umbra uideras noctis senex
R euincientem, et colligantem denuo.
S ed eis ad Argos hanic epistolam ferens
C oncede. Q uicquid intus occultante rei
C era silentibus ex aratum litteris,
S ermone id omne prorsus exponam tibi.
E s enim fidelis coniugi, ac domui meæ.
H as iterum tibi mitto tabellas
I ledæ germen.

- S e. F are. enarra, quo uoce tuis
S criptis consentanea dicam.
A ges N e gnatam hor sum transmitten tuam
A d sinuosam Euboie rupem
A ulin tacitam.
S iquidem tædas uirginis aliud
N unc in tempus producemuſ.
S e. A t sponsa frustratus Achilles,
N on' ne minaces animos tolleret
I n te, atq; tuam simul uxorem?
H inc etiam in stat graue discrimin.
C edo, quid censes?
- A ges N omen non rem præbet Achilles,
N eq; cognouit de coniugio,
Q uodq; dolo nos agimus, nescit.
N eq; q finxi gnatam thalamo
I pſi iuncturum esse iugali.
S e. D ira parabas rex Agamemnon,

8298

I P M I G E N I A .

I te ne prolem nomine ficto
S ponsæ, fueras Danais produ-
eturus, ut esset uictima diuæ?

A ge H ei misero mihi mente errabam.
E heu tristem trahor in luctum.
S ed iam celeri procurre pede,
N e q t e quicquam tardet euntem
S arier ætis. S E . Rex acelerò.

A ge N e u e ad fontes arbore multæ
N unc desideas lentus opacæ,
N eu te blandus subigat somnus.

se. Q uam uerba bona o rex eloquitor.

A ge V ndiq sfectam scrutare uiam,
C ircumactis obseruans oculis,
N equa fallat te mea coniunx,
C urru præteriecta uolucrì,
G natum rhedis huc deportans
D anaum ad classem.

se. F iet. A G A . I am te proripe septis.
N am si uecta occurrit illa,
A lversa domum frena reflectes,
A d Cyclopiæ moenia tendens.

se. A t, qui fiet, ut hæc referenti
D icta, fidem mihi sine habiture,
T um tua filia, tum tua coniunx?

A ge S ymbolon hoc, quod in hisce tabellis
P ornas, serua.
F uge, I am lux albescat, & aurora
I gnea surgit,
A c phœbea flamma quadrigæ.

EV RIPIDIS

Hanc operam nubi sume innando.

• Nemo ex omni parte beatus,

• Nunquam siquidem natus quisquam est,

• Cui nil fuerit, quod cruciaret.

Ch. Modo profecta Chalcide patria,

Quæ semper arcto tunditur æquore,

Vbi marino interflua gurgiti

Aréthusa, puro uire a flumine,

Rigat arua, ueni littus ad Aulidis

Euripicos emensa fluctus,

Agmina graugenūm ut uiderem,

Claudemq; Pelasgūm

Semideūm, quandoquidem

Ad phrygiæ pergama Troiæ

Iam mille Graiūm nauibus additi

Nostrī mariti, clarum Agamemnonem, et

Fauconum Menelaum

Comitantur, unde ut Tyndaridem petant;

Quam pastor Eurotæ ad uirentes

Purima arundine ripas

Ideus rapuit Paris,

Præmia quæ venus

Donarat illi tunc, ubi leuium

Ad fontium usinas scatē bras,

Cum Iunone Iouis coniuge maximis,

Et cum belligera Pallade principis

De laude formæ Cypria mollium

Mater blanda cupidinum

Certaret. At qui per Triuiae nemus,

Iucumq; crebris perpetuo sacris.

IPHIGENIA.

H alantem uenio mi tenuera interim
D um sic conspicior uiris,
R epens obortus
S uffundit ora purpureus pudor,
M ultius glos clypeos auentu
C ernere, & armiger orum
F erre a castra Pelasgum.
B ellaces item equos cernere, & acrius
A gmina densa uirum.
A c conspexi equidem duos
T entoriis in iisdem
A iaces, patris hunc germen Oilei,
H unc Telamone satum,
I uge decus Salaminiis.
N ec non Protefalaum.
H is pariter assidentem,
C ollusitaner tessararum
I actibus omniugis.
C onspexi Palamedem,
Q uem neptunia proles
P roduxit, neq; non uiribus, ac mama
I nsignem, Diomedem,
O blestantem animos iactibus ænei
D ifsci. Nec procul hoc Merionem, inclytum
G radiui sobolem patris,
M iraculum mortalibus,
E t Lærtiadens, profectum
M ontuosa ab insula.
N ec non Nirea, quo nemo Pelasgia
I nter pulchrior agmina.

E V R I P I D I S

Tum curſu, et uolucri pedum
Ventis cum rapidus fugit
De certare potentem
Achillem, dea quem progenuit Thetis,
Chiron fixit, et educauit,
Vidi littoreis in harenis
Armis onustum currere.
Certabat autem cum catis quadrigis,
Curſu uolans pedestri.
Et antevertens de properat statim
Laudem tollere palmæ.
Enumelus acris inter
Ifta Pheretiades
Quadrigæ moderator
Exclamat. huic profecto
Vidi equas pulcherrimas,
Frenisq; pictis aureis,
Stimulo incitante curſum,
Vastum celerare per æquor,
Partim arcuato suppositis iugo,
Albis terge notis diuariantibus,
Partim hinc ex hinc æqualibus additis,
Extra iugum catenis,
Obliquos glomerare flexus,
Rufis conspicuas pilis.
Perro cruribus imis,
Quatalum premit ungula,
Dinero uarias colore,
Iuxta has in armis Aeadides gradus
Eccler citato, ſepe uolubili

IPHIGENIA.

Canto propincus, feruidoq;
Proximus axi.
Posthac ad numerosæ
Classis peruenio trabens,
Spectaculum ingens, nec recitabile,
Quo mihi blanda uoluptas
Fermeos oculos
Gratissima tuendi
Illebra satiaret.
Cornuq; dextrum Myrmidonum manus,
Quæ Phthii ducis
Militat auspicias,
Quinquaginta agitans catinas,
Pernices, rapidasq; tenebat,
Porro in eminentium
Tuppium fastigis
Sculptiles auro, deæ
A equoris, Nereides
Statibant, nempe Achileis
Signa cohortis,
Atq; his ordine proxima,
Paribus recta remis
Classis stabat Achiuum,
Quos Mecistades agebat.
Capaneoq; satus,
Bellator Sthelenus. dehinc
Proles inclytæ Thesei
Quinquies denas agens
Dite ex Attide nauem,
Per seriem positus.

EV RIPIDIS

In statione tenet.

H arum in pupibus eminebat
P allas diua, nolucribus
N ixa quadrigis,
S ignum bene ominatum,
V ifuq; faustum nauitis.
B æotiorum bellicum
R ursus apparatum
Q inquies decem rates
V idi fluctus, citas q;
A dprobe decoratus
S ignis, quippe minacibus
C admis in rostris erat,
F ulnum tenens draconem.
A et cohorti nauticæ
T errigena præerat
I mperator Leitus,
P hocys cui patria tellus.
P one illos, totidem nauibus e Locris
A ductis sequitur gnatus Oilei
T hronia ait urbe profectus.
C æterum cyclopiis
S atus Atreo Mycenis
C entum rates agebat
D enso refertas milite.
H uic aderat pariter
D uctor Adrastus.
N empe amicus amica,
V ti, quæ domo relicta
B arbaras Phrygum

Fuerat scuta nuptias,
 Vindicaret Tyndarin.
 Ad hæc Pylo profecti
 Nestoris Gerenii
 Vidi raters in puppibus arduis
 Insigni stabant uice tauricu
 Alpheus ore factus,
 Qui pylios celer
 Dissecat agros.
 Bissem aderant nauibus insuper
 Athenianorum cohors.
 His praefectus Iuneus.
 Hos item sequuntur
 Euryto duce
 Optimates Elidis,
 Quos uniuersa plebes
 Dicit Epeos.
 Agmenq; agebant albiremo
 Phylliaci manipli.
 His ductor præerat Mege
 Quem miserant Echinæ
 Insulae appellentibus
 Periculose nauitis.
 Ast Aix Salaminia
 Vrbis alumnus,
 Cornu iunxit utrumq;
 Dextrum, atq; leuum, comminus admonens
 Bissem raters
 Precipites, agilesq; et
 Ultimus agmina clausie.

EVRIPIDIS

Sic ut inaudii.

Nam classicom ceterum

His ipsa uidi oculis.

Aduersus hanc barbaras

Quicunq; dux phalanges

Committet, is saluus domum

Nunquam est redditurus opinor.

Illuc itaq; naualium

Audii, uidiq;

Agnitum cohortes.

Eadem domi recordor

Meos apud penates

Audisse de pelasgum

Conuocatis copius

Se. **M**enelae iam audes grauiaq; ac immania,

Audere quæ te neuntquam licet, aut decet.

Me. **A**bi-nimis profecto heris fidelis es.

Se. **M**ichi exprobrasti probrum honestum scilicet.

Me. **I**am uapulabis ciuilans, ac flens mihi

Quæ te nefas patrare, si patraueris.

Se. **T**e soluere tablas non decet, quas ego fero.

Me. **N**eq; ferre Achiuis te decet cunctis malum.

Se. **C**ontendis hæc frustra has sed amittas mihi.

Me. **H**aud quaquam omittam. **SE.** Sed nec ego remiserem.

Me. **S**æptro tuum tibi mox cruentabo caput.

Se. **A**t pulchrum heri uel mortem obire gratia.

Me. **O**mitte multæ seruus homo uerba hic facis?

Se. **A**gamemnon here. uim patimur. hic epistolam

Tuam manu uiolentus extorsit mea,

Aequi nec ulla huic ratio constat, nec boni.

Hem

IPHIGENIA.

- Ag. Hem quid tumulti in foribus, aut conuitii?
 Se. M eum potius, atq; huius est rem dicere.
 Ag Cæterum Menelae, cum istoc causa quæ tibi icidit
 L itis, ex contentionis? curq; ut trahis meum?
 Me A spicæ in nos recta, ut hoc capiā loquēdi exordiū.
 Ag N um uerebor lumina in te tollere Atreo fatus?
 Me. Hæc num tabulas uides, scripti ministras pessimi?
 Ag. V ideo, q; primum sed istas manibus amittas tuis.
 Me N o prius, quā quicquid intus aperiā cūcto agmini.
 Ag. I tāne scis, quæ neutquam te fas erat cognoscere?
 I dq; refractis (opinor) epistolæ signaculus?
 Me A periens uidelicet, quo te malorum deniq;
 P udeat, ac pigescat horum quæ patrasti clanculū.
 Ag V erum eas ubi nactus? O dii mentis impudentiam.
 Me N empe dum cautus tuam seruo, maneoq; filiam,
 N unquid Argis adueniret ad Pelasgūm copias.
 Ag. C æterum qui conuenit, tu res ut obserues meas?
 O bsecro an nō est uiri istud impudentis, ex i probi?
 Me S ic enim tulit uoluntas. Seruus haud sum ego tibi.
 Ag. I sta non indigna, ex intoleranda quæso per deos?
 I tāne per te non licebit, nec sinar, negocia
 P ropriae domus me opte temperare arbitrio?
 Me V aria sentis, nūc quidē illud, alia dudu, aliud statī.
 Ag Dicta phaleras est malū autē docta lingua pestiles.
 Me V aria mens iniqua res est, atq; amicis abdita.
 I amq; te uerbis reuincam. tu per iracundiam
 V era ne negato. non ego te admodum laudauero.
 S cin' creari ubi studebas, dux Achiuūm ad Ilium,
 F ronte sic, specieq; nolens, sed animo sanc uolens,
 Q uā tu eras submissus, omnem præsitando dexterā,

EVRIPIDIS

Ac fores habens patentes cui libet popularium,
Et salutans ordine omnes, quisquis esset obuius,
Si quis etiam noluisset, hunc honorem quæritans
Emere, comitate morum a multitudine cuiusq;
■ **A**st ut imperio es potitus, non es iisdem moribus,
■ **N**e c uicissim ut ante, amicus ius manes, qui se tibi
■ **P**raestiterat dudum amcas Sed aditu superbus, ac
■ **F**astuosus, abditusq; delites in ædibus.
■ **A**t suos multæ remores haud decet Probum uirum,
■ **P**oste aquâ splendidis donatus est honoribus.
■ **M**axime sed tunc amicis esse firmum conuenit,
■ **Q**uando mexime iuuare iam potest felicior.
Hæc tibi primū oprobraui, primū ubi ex periorū malis
D eide in Aulin ut appulisti, oisq; graiū exeratus,
N ullus es, sed abnegante prosperum cursum mari,
I llīco fortuna quam dii miserant, te perditum
M ente prostrauit. Pelasgi at inter hæc dimittit
F lagitante classē, negantes esse consiliū sibi,
V e diutius laborem frustra in Aulide trahane.
F ama porro quam fuissest fœda, & infelix tibi,
Q uanta item perplexitas, animiq; consternatio,
M ille cum præfectus essem imperator nauibus,
N i phrygum campos replesses bellicos milite?
M eq; consulis quid ageres, quam' ue reperires uiā,
N e tibi regno abdicato, famæ & occideret decus.
H inc ubi inter sacra uates filiam edixit tuam
Immolandā Artemidi Chalcas, arq; ita Danais foro
C ursum ad Ilium secundū, mente genifus, lubens
T e immolaturum puellam pollicebaris deæ,
A c uolens, non uiuæctus (hoc caneto dixeris).

IPHIGENIA

C oniugi iubes, ut horum filiam mittat tuam.

N omne hoc, quo tā quā Achilli spōsa nuberet uiro.

N unc repēte uerū, alias mittis immemor schedas,

F iliae nec iam futurus dirus occisor tuæ.

A ge, sed hic est ipius aether testis, atq; conscius,

I ste qui te pollicentem uidit, atq; exaudiit.

• A cedit nimurum idem istuc plurimis mortalibus,

• I n capessendis negotiis, qui quidem enixe, quoad

• Assequuntur, elaborant, deinde fœde deserunt.

I dīs partim incagianti ciuium uecordia,

P artim item merito atq; iure, quando non idonei

Nempe reperiuntur ipsi, rem tueri publicam.

E go potissimum inauspicatæ Græcia uicem gemo,

Q ue patrare insigne qddā, et gloriösū i barbaros

P erditos conata dudum, iam tua caussa, ac tuæ

G natæ, eis risum mouebit scilicet fœdissimum.

• N eminem loci crearam præsidem, aut belli ducem,

• S eu rei, seu dignitatis, offici ue gratia.

• M ente duntaxat sagaci oportet esse prædictum hunc,

• Bellicam qui rem administret ciuitatis nomine.

• Q uippe princeps ille, quisquis præminet prudētia.

Ch. R es dira uerbis inuicem altercaver,

• D icistiq; fratres dimicare mutuis,

• S i quando lis inciderit, aut contentio.

Ag. Bene tibi Menelae cōtra iam uolo maledicere,

I dīs paucis, nec cui parum pudenter, ac nimis

I nuerecunde putemur agere, sed modestius

• T ibi loquemur, quippe fratri nam uir i probus qdē

• I smhi uideretur esse, qui uereri non soleat.

C edo mihi, quid acerba spiras, sic cruento lumine.

E V R I P I D I S

Q uis nocet tibi? quid ue factū est? ànne raptæ cōiugis
R ecipere p̄eclarā sāne concupis cubilia?

N ó tibi hoc p̄estare nostrum est. nam tuorū tu tibi

I p̄sus autor es malorum deinde commissi obsecro

I p̄se quod nunquā patrarim, inoxius p̄enias luā?

A nne honor te noster urit? at uenuſtam coiugem

M iſſo honeſto, æquo, bonoq; uis tenere amplexibus.

• N am uiri mali, m̄probiq; ſunt uoluptates malæ.

E go quod antehac iſta nō perpenderm consultius,

S anus haud ſum, an uerius tu? quippe qui connubio

C um ſies malo leuatus, denuo repetas miſer,

P oſte aquā diis ſecundis, res bene obtigerit tibi.

S ed proci olim Tyndarea deierarunt fœdera

I m̄probi, nequā, et superbiſ imminentes nuptiis.

A ſt ego ipſam ſpēm uidelicet arbitror magis deam,

I llud effeſſe, quam te, uim' ue consiliī tui.

Q uos agens bellum auſpicare. nam reor fore, ut ſcias

M ente uerdi imita prauē, uiq; adacta fœdera.

C æterum meos ego non liberos mactauero.

A c tuo quidem arbitratu, commodoq; ſcālicet.

C oniugis uindicta fiet p̄epter æquum, pefſimæ?

M e dies, noctesq; moēſis lachrumis conſcerint,

I mpia interim patrantem, et æquitati diſſona,

I n meos, quos ipſe ſeuī, ſuſtuliq; liberos?

H æc breui tibi dicta ſunto plana et expedita. ſin

S apere recte tu recuſes, mea bene ſtatuum tamē.

Ch. D iuerſa dictis iſta ſuperioribus

R elata ſunt, at illud admonent probe,

V im propriis eſſe abſtinendam a liberis.

Me. P roh habeo amicū neminem infelix. Ag. habes

IPHIGENIA.

Qui sunt amici, nuelis euertere.

Me. Vbi te arguis mihi patre communi satum?

Ag. A sapere tecum cupio, non furere simul.

Me. Dolerem amicos tamen oportet mutuum.

Ag. Tum accerse, cum iumare uis, non ledere.

Me. Censes in his non adiuuandam Graeciam?

Ag. At ista tecum quopiam insanit deo.

Me. Sepe tristis tumescis, fratre deserto tuo.

Ego porro ad alias uerto me artus quas piam

Aliosq; amicos.

Nun. **D**ux achiui exercitus

tius **A**gammon non, ad sum filiae aduentor tuæ,

Pridem Iphigeniam, quam uocasti in ædibus.

Comes ipsa uenit uirginis mater, tua

Coniuinx Clytemnestre tuum una filium

Ducens ore stem, quib; uoluptatem tibi

Conspectus horum pariat, ut qui iandiu

Procul a tuis agas foris penatibus.

Sed quiam longam peregerint, apud

Lympphas nitentes fontis Euryti manent.

Sinuia uiæ labore respirant graui

Ipsæ iugiles, quas quidem demisimus

In pascue uirenti herbidum sinum,

Viti reficiant fessa pabulo corpora.

Ob hæc ego tui præmonendi gratia

Huc præcurri. Quippe Graium exeratus

Resciuit aliz fama per uolans citis,

Iam dissipauit filiae aduentum tuæ,

Totusq; cursu cœtus ad spectaculum

Effunditur, quo filiam aspiciat tuam

EV RIPIDIS

■ Vt inter omnes nempe mortales solene
■ Et incliti esse semper, et spectabiles,
■ Quibus bonis fortuna flatibus fauet.
A iuniq; nunquæ nuptiæ uel quid rei
P aratur? an desideriognatæ suæ
T actus Agamemnon, aduocauit uirginem?
A liosq; rursum hæc audiisses dicere,
A rtemidi nunc initiant puellulam
R egnum obtinenti littoralis Aulidis.
V erum quis illam ducet uxorem cedo?
S ed interim hæc omittimus. quod insuper
R estat, coronam primus e calatho cape.
V incito fertis tempora, et tu rex item,
M enelae præbe te lubentem nuptiis.
E t in ædibus numerosa resonet tibia,
S olumq; læto perstrepat plausu pedum.
N am faustus iste uirgini illuxit dies.

Ag. Probe. Scđ intro te recipito, cætera
F ato uiam monstrante, succedent bene.
E heu miser quid dicam? (ut abs te exordiar)
N ecessitatis heu quod incidimus iugum?
F ortuna proh præuertit, imponens mihi,
S uaq; nostra uicit astum astutia.
■ A t generis ipsa obscuritas, ut quiddam habet
■ E t commodum profecto, et exoptabile.
■ N am liberum illis lachrumas profundere,
■ Q ueriq; misera. Stirpe, at illustri satis,
■ S unt hec negra. Sed arbitrum uitæ lexem
■ P opulum obtinemus, atq; multitudini
■ S eruimus. Etenim me uetus quidem pudor

IPHIGENIA

Genias rigore lachrymis rursum pūdet
Miserum carere lachrymis, in maximis
Clades redactum. At hæc sinamus. Quid mēd
Respondeam de rebus hisce coniugi?
Qua fronte contra hanc obtuebor? aut quibus
Modis recipiam? Quippe quæ me perdidit,
Ad ista, quæ nunc me premunt misserum mala,
In iussa ueniens. attamen probabili
Caussa huc profecta est, filiæ comes suæ,
Quo nuptias celebret et quibus nihil
Antiquius, iucundiusq; ea colloctet,
Qua nos quidem in re deprehendet impios:
Rursum miselle uirginis (quid uirginis,
Quæ mox opinor sponsa nubet inferis?)
Vt est miserum. supplicabit hæc mihi
Ad hunc reor modum. O pater me occidere
Paras? at istiusmodi connubia
Veniant tibi q; et si quis est carus tibi.
Praesens O restes hæc mihi opplorabit haud
Scita, at scienter quippe adhuc infantulus.
Ah, ut peremit me potius nuptias
Helenes lacænae treico Priamo satas,
Horum malorum qui mihi est autor, Paris.
Eh. M e quoq; misserum est quatenus deet hospitium
Malis tyrannorum ingenscere facinam.
Me. G ermane dextram da mihi ut tangam tuam:
Ag. D o. te penes uictoria ast ego miser.
Me. P er Pelopaiuro, qui mihi pater patris
T uiq; dictus, perq; genitorem Atreum;
Q uod loquar aperte mentis ex sententia;

E V R I P I D I S

Nihilq; fucans, immo quicquid sentiam.
M ihi te uidenti oculos rigantem lachrumis,
F raterna pectus perculit miseratio.
V icissim et ipsus ora tinxi lachrumis.
V eteremq; prorsus exui sententiam,
H audiam quidem infestus tibi aduersarius,
S ed facio tecum, stans tuus a partibus.
H ortorq; te, ne filiam perimas tuam.
N cu præferas meum tuo negocium.
N eq; enim sit et quum, tristibus suspiriis
T e macerari, me suauiter agere.
T uos mori, supera meos aura frui.
Q uid enim mihi uolo? nunquid eminentia
R ursum queam nanciscier connubia,
C onnubiorum si trahar cupidine?
F ratrem ne perdens (me quod haudquaquam decet)
H elenam præoptem, id est boni loco malum?
I ncogitans, ac iuuenis antehac fui,
S ed propius, atq; fixius considerans
R em, uideo, quale erat perimere liberos.
Ad hæc, puellæ me subit miseratio,
D um reputo nimurum esse cognatam mihi.
Q uæ misera nostri gratia connubii
E rat immolanda. at quid negotii, aut rei
C um tyndarea uirgini est Helena uæ?
D imissus abeat Aulide hinc exercitus,
T u frater oculos parce tingere lachrumis,
S imulq; nos ad lachrumas impellere.
I am te tua de filia, si quid mouent
R esponsa, me nil mouerint. tibi meas

I PHIGENIA.

- T ranscribo partis. Sed q[uod] in contraria
 M utatus abeo, nunc acerbam deserens
 O rationem, iure facio, si patre
 P rognatum eodem caritate prosequens,
 T ransgressus in diuersam eosententiam.
 " Q uando illud est non improbi munus uiri,
 " V biq[ue] factu quod sit optimum, sequi.
Ch. G enerosa dixti, ac digna T antalo, iouis
 G enere, & parentis nequitam indecorastuos,
Ag. C ollaudo te Menelae, q[uod] præter meam
 O pinionem, sic (ut te, dignum erat)
 O rationem uerteris recte tuam:
Me. N on nullus olim ex cupiditate, fratribus
 " O ritur tumultus, & e domorum opulentia.
 " G ermanitatem at istiusmodi quidem
 " F ratrum inter ipsos, execror amarissimam.
Ag. N ihilo minus nos illigat necessitas,
 G natam cruenta cæde ut immolem meam.
Me. Q ui?te quis adget gnatum ut interim as tuam?
Ag. G raium uniuersim conglobatae opie.
Me. N on si remittas rursum ad Argos uirginem.
Ag. F esellero hic, illic sed haud fesellero.
Me. Q uid hoc? Timere non decet turbam nimis.
Ag. C halcas Achius proferet naticinia.
Me. N on si ante pereat, idq[ue] fiet commode.
Ag. " G enus omne uatum glorie est auidum malum.
Me. A t nil habet, nec inutile, ut nec utile.
Ag. N on metuis illud, quod mihi in mentem uenit?
Me. Q ui suspicer, quod cogitas, ni dixeris?
Ag. C uncta hæc scelerum Sisyphi nouit genus.

EV RIPIDIS

Me. **N**ihil est, vlysses quod tibi, aut mihi noceat.
 Ag. **V** afer is quidem usq; in concionibus fuit.
 Me. **A**mbitio nempe hunc pestilens tenet malum.
 Ag. **H**unc proinde iam nunc inter arguos putes
 Aflare medios, atq; ibi eloqui palam,
 Quæcumq; Chalcas dixit afflatus deo:
 Et ut Artemidi me uictimam recuperim
 Gnatam daturum, deinde promissum deæ
 Mendax negarim. ita concitatis copiis
 Vbi meq; trq; iam peremerint, dare
 Tum uirginem suadecit arguos neci.
 Quod si citæ Argos me recepero fuge,
 Aderunt, et ipfis me simul cum moenibus
 Cyclopius euerterint, nec non solum
 Vastauerint. ad huc modum infortunia
 Se nostra habent. heu miser, et infelix, ut his
 Nunc per deos perplexus muoluor malis.
 Vnum hoc mihi Menelae serua copias
 Adiens Achiuum, nequid istius rei
 Refuscat uxor ante, quam gnatum meam
 Mactatum ad orcum, et inferos demisero,
 Quo lachrums, quantum potest, paucissimum
 Miseriem at uos hospitæ fœminæ
 Silentio negocium cœlabitis.

Ch. • **F** elices quibus obtigit
 • **S**ors nec summa, nec infima,
 • **S**ed sane modica et quibus
 • **C**astos annuit aurea.
 • **N**ancisci thalamos Venus,
 • **T**rancillaq; perenniter

IPHIGENIA

- C onfuetudine perfrui,
- Q uorum pectora mutuis
- F lagrant incit flammulis.
- P ostquam iam geminis trahens
S picla torquet ab arcibus,
- T incta spicula Gravis,
- C oma splendidus aurea,
- C upido deus aliger,
- Q uorum hæc dulce, & amabile
- A enum prospera conferunt,
- V itæ hæc perniciem ferunt,
- A c turbam, hunc equidem meis
- F ormosissima deprecor,
- A uer sorq; thoris Venus,
- S it modesta mihi precor
- F ormæ gratia. sint mihi
- A mores licati, ac pii.
- C ontingent mediocria
- B landæ munera Cypridis.
- P orro ingentia deprecor.
- H umanis nariantia
- S unt discrimina mentibus,
- S unt discrimina moribus,
- A t qui rectus, & integr,
- I s semper similis sui.
- Q uin probis rationibus
- E duc teneros adhuc,
- M omentum obtinet haud lese ad
- V irtutem. si quidem inserit
- P rimum illud uenerabilis.

E V R I P I D I S

P ectoris sapientia,
F oedum uti fugiat nefas.
D ein fert hanc quoq; gratiam,
M ente ut cernere callida
Q uid factu sit opus, queat.
Q uæ res conciliat suis
I gnarum senii decus,
Gloriamq; perenniter
Q uæ nomen parit inclytum.
• R es est maxima quæpiam,
• V irtutis studium sequi.
Q uæ præstanta domi probis
P rinatim mulieribus
S ancta coniugii fide.
A t palam decorans viros
I nter densa frequentum
F oro millia ciuium
R ei commoda publicæ
V sq; in me ius ad auxerit.
I llinc Paries profectus,
V bi alitus inter Idæ
A rmenta lœta pastor,
V bi barbaras cicutis
P hrygis canens solebas
S onare cantilenas,
O lympicoq; ritu
C alamos liquente cæra
A dglutinare plureis,
B oumqq; grex obesus
P ascens uirente passim

IPHIGENIA.

O bambulabat aruo,
T uacum chorus dearum
A rbitria flagitabat.
E a causa te profectum
I n Graciām vocavit.
H æc hospitem recepit
T eletis superba eburnis.
O culis ubi petulcis
C ontra intuens decoram
H elenen, amoris œstro.
V chemente perculisti,
P erculsus interim ipse
P ari uicissim amore.
H oc fonte natæ lis est,
Q uæ copias Pelisgum
C um classe tanta ad urbem
I mpellit Iliensem.

Ch. I o. 10.

M agni magnis florent opibus.
R ege creatam genitore, meam
C ernite Iphigeniam reginam,
A tq; Clytemnestren Tyndarei
S anguine cretam.
V et magnis e stirpibus ortæ,
V tq; ad summum sunt evectæ
D ecus, ac fortunæ splendorem.
■ P orro diuūm mununa, partim
■ O pibus possunt plus humanis,
■ P artim quos sors urget iniqua,
■ H os felicibus ornant rebus.

E V R I P I D I S

C onfitemur grex Chalcidice
I ndigena, ac Hernaculus urbis,
Q uo reginam procul a turba
E xcipiamus, comiter illi
P orrectis manibus, placidaq;
M ente, ac hilari ulna, uti certo
I n plana soli pede descendat.
N e quid pauitet generosa ducis
G nate A gemmonis, huc mihi primum
N unc adueniens nequid turbae,
A ttomitiue pautoris, temere
A rgiorum ex urbe profectis
M oueamus hospitæ hospitis.

Ely. A uguria nos quidem ista consulimus boni,
C erite quod ad te pertinet, felicia,
T uæq; capimus fausta uocis omnia.
N onnulla porro spes habet animum meum,
Q uod auspices pronuba huc ad nuptias
A duenerim, at uos quas ego horum filia
C omites ab Argis duco dotalis mea,
C urribus feliciter descendite, et
R ite, ac decenter in atrium procedite.
D ein tu quadrigas gnata cautim iam mihi
I inquas equestress, membra sensim, ac molliter
E t tenera simul, et imbecillia promouens
V os hanc in ulnas excipite iuencula,
P rocul ac citis discedit a uectabulis.
M ihi fulcientem porrigat aliquis manum,
C urrus uolucres quo relinquam commode.
A t uos equinis stetis aduersæ iugis,

IPHIGENIA

T errificat nang; est res, oculus equi ferox.

A tq; hunc Puellum A gamen nonis prolem, manus

C orripite Orestem, nempe ad huc infantulum.

M ignate dormis uehiculi iactamine

S opitus· expurgis cere ad sacerdotias

A uibus secundis, atq; laetis nuptias.

S iquidem ipse cum sis nobili natus loqu;

M ox sortieris optimi, ac summi uiri

A ffinitatem, principem N ereide

P arente natum, par deis ipsis genus.

E x ordine hic age ad pedes propere meos

I uxta parentem gnata tete colloca.

A c proxime Iphigenia consistens mihi,

H uic hospitarum fæminarum me chore

O stende, quam sim te beata filia.

C aro salutem mox face ut dicas patri.

Iph. I ta mater, occurrens in amplexus (tua

Q uod pace dicam ne mihi succensas)

P ectus paterno pectori ad primam meum.

Cly. A gamen nono Rex, ego cui uel maximam

M ortalium uni debeo reverentiam,

A dsum, tuis en obsecuta iussibus.

Iph. S ed ex ipsa cupio longi iam post tempora

A dmota genitor pectus amplexi tuum.

E tenim tuis sitio frui conspectibus

I d pace, si modo mihi liceat, tua.

Ag. A ge gnata fruere, quando iam pridem omnibus

E liberis, quos uxor edidit mihi,

T e una parentis nullus est amantior.

Iph. T e mi pater laetiq; lubensq; conspicor,

E V R I P I D I S

- P oſt longę ſecli ſpatia non uifum mihi.
 Ag. I tidem pater te gnata, quodq; ait modo,
 E x æquo utrisq; competit nobis ſimul.
 Iph. S alue q; autem huc iuſſeris me accerſier,
 A mo te, eſt abſ te eft optime factum pater.
 Ag. A tqui hoc quod es modo eloqua filia
 E quidem haud reperio, qui uel aiam, uel negem.
 Iph. H ei mihi quid hoc eft? quod lubens cum uideris,
 P lacido haud tamen nos intuere lumine?
 Ag. R egnū gerentem ac bellici agminis ducem,
 " P ermula curiſ diſtinguit negocia.
 Iph. A t nunc mihi te des, eſt in me unam tuum
 A nimū a moleſtiſ auoces negocia.
 Ag. A t nunc quidem in te, haud aliubi, mea filia
 S um totus, omni dedicatus pectore.
 Iph. E rgo ſuper calium remitte nubilum,
 M eaq; frontem exporge gratia pater.
 Ag. I am lætor ecce, lætor uſq; filia,
 D onec tuis datur frui conſpectibus.
 Iph. Q uid igitur iſtuc, quid ſibi uile obſecro,
 Q uod tristibus genæ madefiunt lachrumis?
 Ag. E tenim hic dies præſens abſentiam mihi,
 T ibi q; pariet gnata quam longiſſimam.
 Iph. I ſtuc quidem quod dicas haud intellego. haud
 I ntellego o parens mihi cariſſime.
 Ag. A t tu quidem quanto loquere cordatius,
 T anto grauius exulceras animum mihi.
 Iph. I nsulſa potius, atq; ſulta dixero,
 S itbi futura hoc ſim uoluptati modo.
 Ag. P apæ ſilere non ferō ipſe, nec queo,

Collaudo

IPHIGENIA.

C ollando uero te, p̄roboq; filia.

Iph. M ane o parens tuis domi cum liberis.

Ag. E quidem uolo, at qui quod uolo, quia non licet,
I stuc profecto pectus excruciat meum.

Iph. I nfâusta pereant tela, et arma maritâ,
E t inauspicata, ac dira Menelai mala.

Ag. A lios sed huius ante perdiderint mala,
Q uibus ipse dudum perditus teneor miser.

Iph. V t absuisti temporis multum pater,
I n intima diu moratus Aulide.

Ag. Q uin nunc item me quiddam adhuc uetat rei,
R atibus per æquor copias traducere.

Iph. G entem obsecro istam, quam Phrygam vocant pater,
V bi nam locorum sedem habere prædicant?

Ag. I lluc, ubi utinam proditum Priamo Parin
N ullo obtigisset sedem habere tempore.

Iph. P rocul relicta me auerteris hinc parens?

Ag. Q uin ipsa eodem gnata quo pater, uenis.

Iph. Oh.
V tinam mihi, tibiq; commodum siet,
C ur sus ut et me duceres comitem tui.

Ag. I stuc quid optas? nauigabis tu quoq;
V ti am parentis gnata memineris tui.

Iph. V trum ne dulci nauigauerero comes
M atri, an ne ego istam sola conficio uiam?

Ag. S ola profecto, sola, semota procul,
D ulciq; matre, pariter et caro patre.

Iph. A alias in ædēs me uidelicet pater,
D omumq; peregrinam locare destinat?

Ag. M itte hæc nefas enim ista scire uirgines.

f

EV RIPIDIS

- Iph. Pro opera mihi redire sospes ab illo
Rebus probe illic ordinatis, mi pater.
- Ag. Verum hoc mihi prius necessitas loco est
Nonnullam ad aras immolare uictimam.
- Iph. Stoc proin spectare de negocio
Quid fas, piusq; cum sacris decet pater.
- Ag. Spectabis ipsa. Nam futurum est, uti sacris
Adstes et ad sis tu lauacrus proxima.
- Iph. Uicemus aras num choros circum pater?
- Ag. Eliciorem te, atq; memet autumo,
Nihil q; horum intellegas. Sed intro age
In tecta gressum conferas, ac uirginum
Comitumq; temet offeras conspectibus.
At triste porrige osculum, ac dextram mihi,
Longum a paternis absitura uultibus.
O pectus. o genæ. o pares auro comæ.
Quantum heu dolorum Troia nobis attulit
Pondus, Heleneq; Sed loqui iam desino,
Nam me quidem aestus corripit rapidus, genis
Repens obortus, simul ut ora basio
Tua contigi. Sed hinc abi in penetralia.
At illud abs te postulo, Leda genus,
Vti nequid haec res pectus offendat tuum,
Si mi nimius exulcerat mentem dolor,
Mox gnatum Achilli collocaturo meam.
Nam splendidæ quidem, et expectendæ nuptiae,
■ Tamen parentes non nihil mordet pios,
■ Vbi in familiam liberos dulcis pater
■ Tradit alienam, quos labore plurimo
■ Curiisq; summis educauerit diu.

Cly. E quidem haud ita sum stultus, mentisq; indiget,
 Quin hisce rebus sponte me potius mea,
 Insuper etiam paritam existimat,
 Ta ut nihil monitore te fuerit opus,
 Cum rite mihi sit elocanda filia.
 Sed mos et ipsum tempus ista postulat,
 Ac res uiraeq; nos secus facere uetare.
 Huius itaq; cui destinasti filiam
 Nomen quidem ipsa teneo, ceterum genus
 Quod, et unde ducat, id cupio iam discere.

Ag. A sopus Aegnam creauit filiam.
 Cly. Mortalium haec, aut cui deorum nupserat?
 Ag. Ioui, at Aeacu ille generat Oenones patrem.
 Cly. Sed Aeaci quae suscipit proles domum?
 Ag. Peleus. at ille Nereignatam tulit.
 Cly. Deon' uolente? an raptam, et inuitis deis?
 Ag. Respondet autor Iuppiter. locat pater.
 Cly. Vbi dicit illam? an in marinis fluctibus?
 Ag. Vbi celsa Chiron tecta Pelei colit.
 Cly. Centauricon ubi mansitare aiune genus?
 Ag. In diis peracta Pelei connubia.
 Cly. Sed utrum Achillem nutriit Thetis, an pater?
 Ag. Chiron. uti ne rudibus annis improbos
 Mores malorum disceret mortalium.

Cly. Hem.
 Sapienter quidem educator, at sapientior
 Fuit ille, quisquis educandum tradidit.
 Ag. Atq; is futurus filiae uir est tuae.
 Cly. Haud malus. at urbem Graeciae cedo quam colit.
 Ag. Iuxta Apidanu fluenta Rhthiae in finibus.

fit

EVRIPIDIS

Cly. I lluctuam, meamq; ducet filiam?

Ag. C urae marito haec sunt futura uirginis.

Cly. Bene sit utriq; at quo precor ducet die?

Ag. S imulatq; lunæ dexter orbis uenerit-

Cly. S ed quas oportet ante gnatæ nuptias.

F erire. Diuæ iam immolaſti uictimas?

Ag. M astabo nam nunc agitur hoc negotii.

Cly. A c deinde celebratus es connubia?

Ag. V bi soluero diis, quas necesse est, uictimas.

Cly. A t nos ubi e pulum fœminis purabimus?

Ag. H ic iusta Achiae classis æratas Rates.

Cly. P robe et ita necesse est, attamen communias.

Ag. S in ergo quid ages uxor? ac pare mihi.

Cly. R ei quid hoc? parere nam soleo tibi.

Ag. N am nos quidem illic sponsus ubi se se tenet,

Cly. C ur absq; matre? uices ne obibitis meas?

Ag. G natam elocabimus inter Argiuos tuam.

Cly. N os interim manere quo iubes loco?

Ag. A rgos profecta uirginum curam gere.

Cly. G natam ne linquens? ergo quis tollet facem?

Ag. I psè exhibeo debitum sponsa facem.

Cly. H aud moris hoc, nec ista tu censes probe.

Ag. T em militum uersarier turba haud decet.

Cly. M atrem decet meos locare liberos.

Ag. decet et puellas nostra quas habet domus,

H aud sinere solas.

Cly. H æ quidem tutissimis

C ustodiuntur adprobe conclavis.

Ag. P areto. Cly Non per numen Argiuos deo,

Quin tu foris quæ sunt agas negotia,

IPHIGENIA

C uras ego tractauero domesticas.

E t quid puellis competit nubentibus,

I d est mearum pensitare partium.

Ag. H ei mihi laboris sumpsi ego hoc maniter,^r

A c spe male frustratus excidi mea,

D um conor ablegare quopiam miser

V xorem ab oculis astu at ecce callido

V tor, et in hos qui sunt mihi carissimi

I ntento technas, nil inexperatum doli

I nquens, et undecunq; uincor attamen

I am uate cum Chalcante scisciatum eo

O raculum placitum quidem deo, at mihi

I naufragatum Calamitatem Graecie.

■ P orro uiri illud esse prudentis puto,

■ F rugi ut probam q; coniugem in penatibus

■ N utricet, aut ne prorsus ullam nutritiat.

Ch. I licet sacrum simoentis amnem

V itreo qui gurgite uorticosus,

I mpetu feritur phrygios per agros,

I am petet collecta cohors Achium

N auibus cum ueliferis, et armis,

I lium infelix aditura Troiae,

C ondium flavi lyra, et arte Phoebi

O ppidum. Cassandra ubi fama narrat

A ureos crinis agitare uateim,

L aurea semper uiridantis alma

D iffluentem fronde comam ambiente.

N uminis cum lam omniscio incitata

N on sui compos agitatur aestro.

C aterum densa Phrygi corona

EVRIPIDIS

I erga mea cingente.

Tunc ubi Mauors ferus, atq; ahens

Horridus scutis properante pinu

Feruidi emensis uada cœat ponti,

Remige appellest Simoentis oras,

Castoris raptum ut repetat sororem,

Atq; Pollucis geminorum in astris

Siderum, uiq; a Priamo receptam

Fortibus telis, clypeis q; Graium,

Rursus in terram referat Pelasgam.

Mœnium at cum pinniferas coronas

Cinxerit teligera phalange,

Cinxerit turres validas, et urbem ob-

federit bello phrygiam cruento

Funditus uictor populans, et inde

Ense crudeli capita amputarit

Cuium ceruice resecta dirus,

Tum nurus Troiae, tenerasq; sponsas

Quin et annosam Priami beati

Regis uxorem, lachrumis acerbis

Affatim implebit, miseroq; planctu.

Interim proles Helene tonantis

Flebilis ibit,

Deſbreſ dulcis thalamos mariti.

Ne precor, ne uel mihi, uel meorum

Liberis unquam ueniat ne potum

Ista ſpes qualis reor obtinebit

Diuites Lydas, miserasq; Troum

Coniuges fusis ſimul affidentes,

Ac ſuis penſis querulae inter ipsas

IPHIGENIA.

T alia dicent.

Q uis putas me mox misera mea capillis
P er trahens certa mihi lege compatis,
P atrie eversae simul atque captum
S enserit flentem ferus hostis arcem
P olluet, uictaque decus pudoris
D ulce decerpit uiolans, tuaque
G ratia nimirum Helene, cygno por-
 rectili cervice superbient
N ata, seu uera est ea fama quondam
A litis Ledam uenerem tulisse,
I pso in hanc uerso loue, siue natum
F abulis fictis potius camœnæ
D issi parunt haec hominum per ora.

Ach. **V**bi hic achiiui ductor est exercitus?
Q uisnam e ministris ibit illi nuntius
A desse Achillem Peleo satum patre.
P ro foribus ipsum conuenire qui uelit?
E tenim diu iam sorte nequaquam pari
F rustra opperimur feruida Euripi uada.
A lii que nostrum liberi connubiis
R elicta inani, ac solitaria domo,
H oc ociosi desidemus littore,
A lii iugati uxoribus sed liberis
D on dum creatis. **V**sq; adeo impotens amor,
A rdorque nouus, haud absque diuum numine
H abet huic expeditionis Græciam.
I taque quod ad me pertinet negotii,
I d memet ipsum expostulare conuenit
P orro aliis itidem, sicut uidebitur

E V R I P I D I S

P ro se loquetur ipse. Namq; Pharsalo
P atria relicta, ad hoc parente Peleo,
T enua pigri flamina Euripi moror,
Myrmidonas hic uel ociosos detinens,
Q ui me quidem urgente semper hisce uocibus,
Q uid hic Achilles commoramur? aut quoad
Priameia adhuc ad Pergama traiectio
S ine fine lentis prorogabitur moris?
F ace, siquid es facturus, aut retro domum,
V nde huc profectae, copias reducito,
H aud longa A tridarum manens cunctamina.

Cly. O gnate Thetidis, intus auditio tuo
S ermone, celeri prodii foras gradu.

Ach. S ancē o pudor, quæ nam ista tandem fæmina,
Q uam conspicor forma decente præditum?

Cly. N on est nouum, nos ante non uisas tibi, haud
A gnoscer, uerum modestia tua
D elector, ac pudore reuerenti mei.

Ach. Q uæ tandem es? aut quid Achiuū in agmen fæmia
V iros'q; adisti armis amictos martius?

Cly. E go gnata Ledæ sum, Clytemnestre mihi
N omen, Agamemnon dux maritus est mens.

Ach. D ixi probe, & compendio, quod oportuit.
M ihi at indecorum est colloqui cum fæminis.

Cly. H eus quo fugis? quin dexteræ dextram applice,
L ætum futuri initium connubii.

Ach. Q uid ais? E gon' tibi dexterā? At qui Agamemnonē
V ereanunt, horum siquid attigero manus,
Q uæ ne uitquam mihi iusue, fas ue, tangere.

Cly. F as maxime, quando meam tu filiam

IPHIGENIA.

D uces, marinæ germe no nereidis.

Ach. Q uas nuptias cedo prædictas? e quidem mihi
N ihil est, quod his respondeam, nisi forsitan
T urem q uistam perperam intellexeris,
N obis proinde fabulam ad portas nonam.

Cly. Cunctis id insitum est, uti reuerentia
m Capiantur, ac pudore. Si quando nouis
m V iasis amicis audiant de nuptiis.

Ach. E go profecto mulier haud unquam tue
C onnubia procus expetiui filiae,
N ec ullus unquam mihi super connubiis
A llatus est ex gente A tridum nuntius.

Cly. Q uid esse tandem possit hoc negotii?
O rationem tu uicissim nunc meam
M irare. di. In nempe miror ego tua.

Ach. Conuictu, coniectare quid sibi haec ueline
C ommune nobis. Quippe ueriq; forsitan
V era loquimur, nec fraude mentimur mala.

Cly. A n non nouum mihi contumelie genus
F it, que quidem(ut uidetur) nuptias
C oncalio falsas. me profecto horum pudet.

Ach. F ors meq; , teq; quispiam lusit dolo.
V erum ista mittas, nec feras acerbias.

Cly. V aleto, rectis non enim post hac queo
T e oculis tueri, quando sum mendax tibi
R eperta, meq; indigna nimirum tuli.

Ach. T otidem tibi ueribus ego respondeo.
S ed ut maritum, quem peto, quærar tuum,
I n ista iam nunc tecta conferam pedem.

Se. H ospes Aeaci nepos maneto, namq; appello tē

EVRIPIDIS

- E ditum dea parente, teq; Leda filiam.
- Ach. H em quis hic qui nos aperto iam uocauit ostro?
O re quā tumultuoso, multu at attonito uocat.
- Se. Seruus, hinc haud insolenco, fors enī haud sinit mea.
- Ach. C aeterum illud adde, cuius? neutiquā certe meus.
S eparatae enim meae res a bonis Agamemnonis.
- Se. S eruus istarion, ante quas me stare cernis, aedim-
Nāq; i hāc domū huius oli Tyndareus dedit pater.
- Ach. E n resistimus, ergo fare, siquid eloqui uelis.
C ur gradum bene institutum iusserris me sistere.
- Se. N um foros ad hasce soli uos duo consistitis?
- Cly. I mmo solis, quo loquare, regis ab aedibus
P rodeas foras, et ad nos ipsius huc confer gradū,
- Se. O potens fortuna rerum, meaq; prouidentia.
O bsecro seruante, saluos quos ego esse peruelim.
- Ach. Difficitur (sic ut videtur) hāc narratio.
P rieq; se profecto quiddā magnum et arduū gerit.
- Cly. D e fide silenti tu nequid hæsites senex,
N e ue contēris loqui, nahi siquid eloqui uelis.
- Se. S cis profecto quisquis essem quantulusq; in te tam ē
B eneuolum fuisse semper, ac tuos in liberos.
- Cly. S cio uidelicet meorum iandiu penatum
E sse te ueterem ministrū, ac familiæ columen meæ.
- Se. S cis opinor et illud, olim ut dotis in partem tue
M e receperit Agamemnon dux Achii exercitus.
- Cly. A rgos es mecum profectus, additus sponsæ comes,
A c meus semper fuiisti, et partibus studens meis.
- Se. S ic habet res. C aeterum tibi sum quidē uolens bene
H era, tuo uerum marito non perinde sum fauens.
- Cly. E ergo nunc aperito tandem, quæ parabas dicere-

IPHIGENIA.

- Se. Nempe filiam tuam, qui senit, ac genuit pater,
Ipsa mactare cruentus manibus apparat suis.
- Cly. Qui potest, orationem abominor senex tuam.
Non enim mihi uideris sapere sanum scilicet.
- Se. Apparat cruentus inquam desecare ferreo
Ense ceruicem puellæ candidam miserrimæ.
- Cly. Hei mihi miseræ, an maritus obsecro insanit meus?
- Se. Sanus is quidem, nisi in te conjugem, nec non suam
Filiam. profecto parte hac ille nil sanum sapit.
- Cly. Gratia qua cedo? quis illum genius instigat malus?
- Se. Numinum responsa cogunt, sic enim Chalcas ait
A ugur, ut Danaū phalanges classe fulcent æquora.
- Cly. Quo profectura est pelasgum classis? infelix ego.
Illa at infelix magis, quam dirus occidet pater.
- Se. Dardani ad sedes, sacraeque celsa Troiae pergamæ,
Victor ut Menelaus Helenam marte recipiat suam.
- Cly. Scilicet sic destinarent fata iniqua numinum,
Vt rediret Helena nobis gnatæ in exitium meæ.
- Se. Rem tenes hera prorsus omnem. namq; Diana pater
Mox tuam sacras ad aras, immolabit filiam.
- Cly. Quid sibi nult ergo, q; prætexuerè nuptias?
Quæ quidem me res meis huc euocauit ædibus.
- Se. Quo uolens, lubesq; gnatam adduceret horsum tuā.
Quippe ea datura Achilli nuptū Achiuūm principi.
- Cly. Proh dolor miseranda gnata, quo perires, huc domo,
Atq; in exitium es profecta, tuq; egoq; parens tua.
- Se. Miseraq; et lachrumanda fertis utræq; cū sitis duæ
Ceterum dira atq; acerba ductor Agamemnō tulit
- Cly. Heu dolor miseranda perii, nec mihi iam lumina
Referunt diuitius, neq; temperant a lachrimis.

EV RIPIDIS

- Se. *S*iquidem graue esse possit, aut molestum, fundere:
*L*achrumas, quæ sit suis orbanda liberis parens.
- Cly. *T*u sed ista senior, unde scire temet prædicarē?
*N*unquid audisti, tibi renuntiante quo piam?
- Se. *M*issus iueram, tabellas adferens tibi alteras
*P*ræter illam, quam prius receperas epistolam.
- Cly. *V*trum ut interdices, an denuo nobis idem
*N*untiares, immolandam uti filiam deducere?
- Se. *I*mmo uti denuntiatem, uirginem ne adduceres.
*N*am tuus fors tum maritus cœperat resipiscere.
- Cly. Deinde qui factum ē, ut ad me quas ferēdas cœperas,
*N*on eas pertuleris idem, manibus imponens meis?
- Se. *V*eruit id Menelaus, has qui manibus eripuit meis,
*V*nus horum qui malorum cauſa, & autor extitit.
- Cly. *N*ate Peleo parente, germen O nereidis,
*M*arte præpotens Achilles. hæc cine audis obſcro?
- Achi. *A*udio mulier, uidelicet esse te miserrimam.
*C*eterum læſum haud leui me contumelia puto,
- Cly. *F*iliam dare cruento destinant leto meam,
*A*d dolum tuarum abusi nuptiarum nomine.
- Ach. *Q*uin & ipſe tuo marito indignor, ac suænſeo,
*N*ec negotium mihi hoc nulgaribus dolet modis.
- Cly. Me quidē haudquaquam pudebit genibus aduolui tuis
*Q*uippe mortalem parente proditi in lucem dea.
- Cur enim nunc iactitē me, ac dignitatis sim memori
• *C*uius ergo quæſo matrem deceat enī magis,
• *A*tq; pro gnatae salute? proinde age o dea fate
*O*pitulare, tum meis precor malis, tum uirginē,
*Q*uæ fuit tua dicta coniunx, hoc inaniter quidem
*E*atcor, attamen hanc ego fertis renictam frondem

I P H I G E N I A .

A rbitrat tibi futuram coniugem adduxi domo.
C æterum ad cædē, ne cœm̄q; uirginem nunc adueho.
H uius artifici probrum in te recidet, atq; infamia,
F erre opem qui sis grauatus licet crim non duxeris.
D ulcis es miserae tamen dictus maritus uirginis.
P er'q; mentum per'q; dextram, per'q; genitricē deā,
Q uando me solum profecto nomen extinxit tuum,
H oc oportet te tuerier, alia non superest mihi
A ra quo refugere possim, genua præterquā ad tua,
Q uippe cui non adsit ullus hic amicus, unde mi
A dferendae opis aut salutis ulla spes arrideat.
I d genus cuiusmodi audis, facta sūt agamemnonis,
P lena'q; crudelitatis, perditæ'q; audacie.
A dde ad hæc, q (uti uides) ad nauticas, et efferas
M ulier adueni phalanges, turbam et effrenem uitri
A d patranda sclera prompta præditos audacia,
N ec nisi si quando ita i psis collubuerit, utilers.
P roinde tu si non grauabere dexterā mi obtēdere,
V iq; nos tua tueri scilicet saluæ sumus,
S in'secus, tum spes salutis nulla nobis reliqua sic.

Ch. » R es efficax peperisse, uim̄q; maximam
» A moris adfert omnibus communiter,
» V ti pro suis summe ad laborent liberis.

▲ ch. I ngens mihi animus tollitur magis, ac magis.
C ondidicit autem tum malis aegrescere,
T um prosperis gaudere modice casibus.

Ch. » H uiusmodi quidem ratio mortalibus
» R ecle instituta est, ut bene, ac feliciter
» R ectrice uitam transigant sapientia.

▲ ch. » E st interim autem dulce non sapere admodum,

EV RIPIDIS

• R ursum interim homini sapere conductit magis.
A t ego educatus pridem in integrissimi
D omo uiri Chironis, ac iustissimi,
S im plicibus uti consuei moribus.
P roin Atridis, si probi fuerint duces,
P arebimus, sin improbi, haud parebimus.
S ed tum loco hoc, tum Troiae ad urbis moenia,
E go liberum usq; mentis ingenium meae
P rae me ferens Martem, quod ad me pertinet.
F orti manu ac uirtute condecorauero.
A d te quidem, quae misera fers, et atrocia,
E t ab iis, amici qui tibi sunt intimi,
Q uantum quidem praestare possit uiribus
I nuenis, & aeo adhuc uirens impubere
H oc quicquid est doloris, in me transferens,
M eo his procellis eximam periculo,
T utoq; statuam, nec patri unquam filia
T uia perimetur, dicta quae fuerit mea.
N ec enim uiro permiserim segnis tuo,
V it me dolis misceat & inuoluat suis.
N am nomen et si spicla non uibret meum,
F errum' ue, tamen id filiam occidet tuam.
A t sceleris autor uir quidem fuerit tuus,
V erum nec ipse uacuero piaculo,
S i uirgo per me perierit, nec non meas
P er nuptias noua nec ferenda sustinens,
V iolata miris simul et indignis modis.
E quidem pelasgum uir fuero deterrimus,
N ullius inquam sim rei, pretii ne ego,
M enelaius autem habeatur in numero uirum,

IPHIGENIA.

N eq; Peleo progenitus autumer patre,
S ed pessimo ,ignauissimoq; dæmone,
S i coniugi unquā nomen ad cædem tuo
I nseruiat meum· liquenti gurgite
V olubilem tibi deiero per Nereā
T hetidis parentem, quæ mihi fuit parens,
H aud filiam Rex tanget Agamemnon tuam,
N ec uel manu summa, nec uti uel uestibus
D igitum puellæ liceat admolirier.
A ut hercle Sipylus cultæ sedes barbaris.
V rbs ea futura est, unde duxerint genus
Clari, gerendoq; inclyti bello duces.
A t Phœbia rursum, unde stirpem duxi ego,
O bscura nullum nominis feret decus.
E t acerba Chalcas auferet libamina
• A ugur. quis autem est augur? Is uidelices
• Qui uera pauca, falsa dicit plurima.
• S i fors ita ceciderit, at qui si minus
• I ta ceciderit, tum profecto disperit.
A ut proinde nostros uirginum millia decem
P etant thoros, dixi, & rata est sententia.
Q uin ipſus etiam duxor Agamemnon graui
N os afficit profecto contumelia,
N am ius & æquum fuerat, ut nomen meum
R ogarct a me postulans, ad uirginem
I rratiendam, nam Clytemnestra mihi
N upturn dedisset filiam potissimum,
A tq; hanc Pelasgum bellicosis copiis.
F orsan dedissem, si quidem transmissio
P endebat ex hac diruendum ad Ilium.

EV RIPIDIS.

- N**eque enim granarer publicis exercitus
Consulere sane commodus. quicun mea
Coniuixerim arma. Cæterum me nunc duces
Nihili aestimant, reiq; momento leuis
Vel adiuvare, uel nocere forsitan
Ferrum hoc, mucroq; nonerit, quem stringere
Dudum in Phrygas mihi destinatum barbaros,
Macularo cæde, & sanguine inquinauero,
Gnatam modo mihi si quis eripiat tuam.
Sed ociosa inbeosis, siquidem tibi
Ego deus extiti, obtigq; maximus.
Nondum quidem hunc tibi præstati, fateor, deus,
In posterum sum præstitus attamen.
Ch., **E**t te locuta es digna Pelei genus,
Et æquoris Potente, ueneranda dea.
Cly. **Q**uibus obsecro te prædicauero modis,
 Vt ne nimis quid dixerim, nec item minus.
 Vt ti nec fauorem, & gratiam amittam loquens.
 • Vt iri enim probi laudes ubi audiunt suas,
 • Qnodam solente odisse laudantem modo,
 • Si fors quis ipsos laudet immoderatius.
 Tum me profecto dispudet de propriis,
 Peculiaribusq; calamitatibus,
 Lachrymabilem sermone miserando queri,
 Cum tu meis sis prorsus alienus malis.
 • Haud indecorum est attamen, si vir probus
 • Fortisq; quamquam sit alienus, adiuvet
 • Hos, quos acerba fors, & aspera premit.
 Ade itaq; nostri te misereat, si quidem
 Misera uita patitur. Primum ego generum mihi

R. 408

IPHIGENIA.

Rata te futurum spes inanis ceperam.

Dominus haud scio sat, an meæ mors filiæ
Tibi triste forsan omen aliquod adferat

In posterum, si quando duces coniugem,
Quod dominis uitare te consultius.

Verum probe elocutus adhuc initia,
Idem probe perfecris negocium.

Mea namque gnata, si uoles, seruabitur.

Num genita uis hanc supplicem amplecti tua?

Sunt hæc quidem parum decora uirgini.

Si tu tamen ita censem, uidelicet

Mox huc pudoris liberalem uenerit

Suffusa uultum uirginali purpura.

An potius illa absente, id abs te quod peto

Achilles exoraro, ergo impetravero?

Ach. Maneat domi. pudicam enim decet pudor.

Cly. Verum tamen pudere oportet eatenus,

" Quares ferat, præsensque postulet status.

Ach. Neque tu sub oculos filiam produxeris

M eos tuam mulier, neque per inscitiam

Famæ probrum accersamus, ac uitæ notam.

" Siquidem coacti turba densa exercitus

" Domesticarum, ac propriarum negligens

" Rerum, malignis gaudet obtrectatibus,

" Amans maledicas dissipare fabulas.

At nullo ego hercule posuerim in discrimine, ac

Tantundem apud me prorsus hic efficeris,

Sed supplices, humilesque ueneritis mihi,

Sed nequitquam mihi supplicaris. nam meo

Fixus stat animo viribus contendere,

E V R I P I D I S

N iſuq; ſummo, uos ut eximam malis.
A deo ſit unum hoc me tibi ſatis, ſemel
D ixiffe, neq; enim uanus aut mendax ego
M ihi crede fuerim. Si quid autem mentiar,
D ederoq; uerba, ſeu dolis eluſero,
E moriar. immo haud moriar, hanc ſi uirginem
S eruaro. Cly. Dii faueant precor ferenti opem
V sq; ius, acerbis qui laborant caſibus.

Ach. A udito nunc, uti res mihi haec habeat bene.

Cly. C ur hoc aifi? te quidem audiam uolens.

Ach Rurſum patri perſuadeamus uirginis,
C onſilia quo iam ſaniora ſum pferit.

Cly. Ignauis eſt, ac timidus ille quispiam,
N imiaq; pauitat copias formidine.

Ach »R atione at expugnata ratio uincatur.

Cly. S pes iſta ſane frigida, ac leuis, tamen
E loquere, tandem facere me quid oporteat.

Ach P rimum quidem illi ſupplicabis, liberos
N e perimat idq; ſi recuſet, tum tibi
F uerit neceſſe nos adire denuo.
N am ſi, quod optas, ſponte id annuit ſua,
T um me quidem illum conuenire nihil opus,
Q uando ipſa per ſe res ſalutem conſeret.

A d hoc uidebor erga amicum rectius
E giffe, neq; me copiae culpauerint,
R atione ſi rem potius, ac prudentia,
Q uam ui, manuq; uiribusq; geſſero.
T um porro amicis, rebus ex ſententia
I pſis uolentibus utputa, ac lubentibus,
P robe peractis, uel operam citra meam,

T ibi q;

IPHIGENIA.

T ibi q; fors hæc transigentur commode.

- Cly. V t es probe locutus itaq; sic , uti
C enses, agendum est. Cæterum ista si parum
S ucesserint mihi mentis ex sententia,
V bi nam licebit poste a te uisere ?
Q uonam loci uenire me miseram iubes ?
V bi liceat istam repperisse dexteram ,
Q uæ sola nostris præstat auxilium malis ?

Ach I pñ has tibi excubias agemus, tq; ubi
R es cunq; postulabit, obseruabimus ,
N e turbulentas per pelasgum copias
T e cursitatem conspicetur quispiam
P auido ore, & attonitam, neq; hoc tu dedecus ,
L abemq; eam domui paternæ asperseris.
I ndignus etenim Tyndareus pater tuus
E st, qui male audiat, ut pote Græcanica
I n gente magnus, atq; cum primis potens .

- Cly. I ta res habet . tu dux eris negotii ,
M e tibi uicissim gerere morem conuenit .
Q uod si dei sunt, quando tu uires pius ,
D igna assequeris . Cæterum si numina
S unt nulla diuum, quid necesse est nitier ?

Cho. F estus ut ille hymenæus erat ,
L oto ubi cum lybica pariter
C umq; suauiloquente Cheli
N on sine multiforis calamus ,
G rata choris strep:ret cithara .
T urba ubi candida pegasidum
M ollibus irreligata comis
V ertice Delia

EV RIPIDIS

C oniugiale bonis epulum
D ius celebrantibus, ad numerum
M embr a moueret, et aureolus
P eliceret arua iugi soleis .
D um liquidus, et amabilibus
D ulcicane modulis,
P elei ad inclita connubia
I ret, & undinagam Thetidem
V oce ciaret, et Aeaciden
P er iuga florida, rumor ubi est
N ubigenas habitare uiros,
A eaciden per opaci cinens
P eliaci nemoris
A et phrygus puer interea
D eliciæ lous aetherii,
P oculta miscet, et aureolis
N ectareos latices
T emperat, ac tribuit Cyathis,
D einde per æquora candiduli,
L euq; per spatum sabuli
A equoreo sata turba sene,
N exafororibus e decies
Q uinq; agitatq; rotatq; chores,
O rbibus innumeris,
M olliculo pede replicitis,
C onnubium leuibus
C oncelebrans choreis.
V enit & undiq; nubigenum
N umine percita turba uirum,
T ela ferens abiagna manus.

Poffemq;

IPHIGENIA

Fronde a uertice ferta gerens,
Cum superis simul ut bromi
Munera sumeret, atque pupulas.
Ibi Thessala turba puellæ
Sublata in sydera uoce, O
Nereia filia clamans,
Lux inclita coeligenarum,
Certiſſimus Augur Apollo, et
Qui myſtica ſacra ſororum,
Bene cognita Caſtaliarum,
Chiron pius, armipotens
Non omen reſerauit Achillus,
Fore natiuitas, ut ille
Cum myrmidonum clypeatis
Priameia regna ceteruis,
Deuotaq; pergama adortus,
Flammis populantibus urat,
Vulcania fulminis inſtar,
Quatiens trepidabilis arma,
Thetidis pia dona parentis
Si quidem hoc deus illa pelasgis
Feliciter edidit alio.
Nereidos ergo ſororum
Primæ ac ditione potentis
Spatioſa, hilares agitabant
Connubia ſplendida diui,
Peleiſq; mariti hymenæum
Id temporis ore ciebant.
Porro tibi tempora flauis,
Crispiſq; decora capillis

EV RIPIDIS

M auortia turba Pelasgum
C inget uiridante corona.
D einde haud se curatq; iuueniam
T eneramq; rudemq; profectam
M odo rupibus e specuosis
S pectantis in aequora montis,
D iro iugulauerit ense,
A c lactea colla cruento, hu-
mano(miserabile)tinget,
F eriens, nec arundine agresti,
M usco'ue uirentibus antris
P astorum alitam, sed amicæ
C uraq; domoq; parentis
E xcultam, uti nupta Pelasgas
P eteres feliciter æders

- V binunc probitas' ue, pudor' ue
- F acies' q; ipsius honesti
- V aleat, simul atq; nefustum
- S celus, impietas' q; tyrannida
- A tram obtinet undiq; porro
- Neglecta iacet, premitur' q;
- P ost terga reiecta scelstis
- M ortalibus inclyta uirtus,
- C umq; undiq; legibus æquis
- M ores dominantur iniqui.
- H ominum generi ergo periculum
- C ommuniter imminet onus
- N equa ingruat ira deorum.

Cly. E quidem e meis huc prodii penatibus
F oras, maritum sibi affigam meum.

Qui iandiuq; et lentus hinc abest, domo
 Penitus relictæ. Gnata at interim mea
 In lachrumis uersatur infelix, leuers
 Fundens in auras omne lamenti genus,
 Simulac necem rescivit illa, quam pater
 Statuit, paratq;. Sed ecce cerno communis
 Seſe citatis admouentem gressibus
 De quo modo loquebar, huc Agamemnonem
 Rubore cui mox ora tinxerit pudor,
 Quando ipsus adeo ferus, & immanis pater
 In proprios nefaria patrat liberos.

Ag. Ledæa proles, commodum egressam foras
 Offendo te, quo uirgine absente procul
 Tibi dicta quædam proferam, quæ ne uitquam
 Fuerit decorum audire nupturas uiro.

Cly Quid est negocii, in quo tibi ista temporis
 Oblata commodauit opportunitas?

Ag Accerse gnatam, quo patri ueniat comes.
 Adsunt enim parata rite piamma.
 Adsunt profundendis item lustralibus
 Puræ manus ignibus, ac iuueniæ, quas deæ
 Diane oportet cædere ante nuptias,
 Atri crux feruida exundamina.

Cly Verbotenus quidem locutus es probe,
 Tua facta porro nominare si uelim,
 E quidem haud reperiam, quomodo eloquar probe:
 Verum age foras, procede gnata. Nam pater
 Quicquid parat nostri ordine, ac fratrem sinu
 Gestans Orestem pariter ad porta tuum.
 En illa adest hucusq; morigerans tibi.

E V R I P I D I S

- A**t ipsa quæ restant, & huius nomine
S imuler me opte mox tibi respondero.
- Ag.** Quid gnata lachrumas? fronte cur hilari parum
T erram intueris ora defigens solo?
V ultumq; moestum pallio obtento tegis?
- Iph.** Hen
Q uod nam mearum calamitatum exordium
P ossim capere? Cunctis enim mortalibus
D atum est uti tum prima, tum nouissima,
T um media, quo quis disserat negocio.
- Ag.** R ei quid hoc est? quid ne sibi nule, & mihi
O mnes eodem sitis affecte modo,
E t mente consternata, & ore turbido?
- Cly.** Q uæ sciscitarob, aperte, & ingenue mihi
C oniunx roganti quæ so uti respondeas.
- Ag.** Nihil necessum est, hoc ut a me postules
Q uin ipsis ul tro cupio iam rogarier.
- Cly.** G natam necare paras, tuamq; & item meam?
- Ag.** Hem.
M isera elocutas es, quæq; neutiquam decet
T e suspicari, suspicaris improba.
- Cly.** V erum illud interim mihi respondeas.
- Ag.** A tu profecto si quidem rogarueris
" Q uæ te decet rogare, quæ decet audies.
- Cly.** E quidem haud alia percontor. at qui tu mihi
I tidem cauesis alia ne respondeas.
- Ag.** O fors potens o fata prob geniūs meus.
- Cly.** E t meus, et huius insuper, quando trium
I dem est et unus genius infelicum.
- Ag.** Q ua tandem es in re læsa? Cly. at istuc scālicet

T H M

IPHIGENIA.

Tu me rogas? uerum astus hic astu nascit,
Atq; ista calliditas profecto incallida est.

Ag. Perii. palam sunt facta, que cœlauera m.

Cly. Scio cuncta. didici cuncta, sane et audii,
Quæ tu scelesti in me patrare destinas.

Quanquam sat ipso confitere silentio,
S uspiriis q; plura non tu dicere

Conere frustra, Aga. Enobtice so quandom e
M endaci conuictum, et impudentiam
Ipse necessum est calamitati adiungere.

Cly. Audito nunc iam, quippe aperte proloquar,
Neq; flexuosa ænigmatum diutius

V temur ambage, neq; dictis nubilis.

P rimum(tibi istuc primo ut obiiciam loco)

M e non uolentem, uiq; raptam coniugem

D uxti, necato T antalo, cui nupseram

P rius, ac puello fortis ex usu tuae

I tidem perempto, quem quidem per uim meo

I mmis ad necem reuulseras sinu.

A t lone creatus uterq; germanus meus

E quis et arms incliti sœnum tibi

B ellum mouebant. Cæterum senior parens

T yndareus hoc te exemit e discrimine.

I am supplicem, ac uersum ad preces. ita deniq;

M eis per hunc potitus es connubiis.

D ein ubi reconciliata sum tibi et additur,

I n te simul, cura simul domesticat,

V t feminam inculpatum ego usq; gesserim,

I stuc et ipse conscius testabere.

P ariterq; casta, domumq; commodis tuam

EV RIPI DIS

A ugens, ita ut siue introires, gaudio
Fruerere tecum, siue prodires foras,
Sortis beatæ dicerent omnes uirum.

- A t qui hic profecto captus est rarissimus,
- V t id genus quis sortiatur coniugem.
- Contra improbamq; et frugis uxorem male
- Nihil est negotii, ubilibet nanascier.

P orro puellis editis nixu tribus,
H unc insuper peperi tibi puellulum,
Q uo tu quidem me pignorum e numero, neadns
V nam pater, miserabili orbabis modo.

A t quispiam si te roget, qua gratia
I stam necabis? cedo quid huic respondeas?

A n me tuo loqui necessum est nomine?

H elenen uti Menelaus afferat suam.

A t nos honestum est, ac decorum scilicet

N ec liberorum fœminæ pretium malæ

D ependere? I is, quæ possidemus optima,

L ongeq; nobis omnium carissima,

R edimemus, hæc iniusa quæ sunt maxime?

A ge siquidem hinc profectus in bellum iueris,

I biq; fueris abfuturus longius

D omi relicta me, quid animi tum mihi

F ore autumas, sedem omnem ubi conspexero

V acantem, & hanc desiderantem filiam?

T um uacua cuncta uirginum conclavia?

E goq; sola sedero perennibus

C onfecta lachrumis, hancq; lugens uirginem,

A d huncce fors sine fine lamentans modum?

H eu gnata qui te fecit, extinxit pater

IPHIGENIA.

Ipsus necans, haud aliud, haud alia manus,
Eiusmodi linquens familiæ premium,
Atque in suos exempla talia statuens.
Nam deinde caussa quælibet sufficerit,
Occasione tantum opus fuerit leui,
Vt et ipsa, quiq; mihi super sunt liberi
Terror rursus accipiamus istunc ad modum,
Quo te accipi par est, et æquum scilicet.
Sed per deos caucto, neu me adegeris,
Vti talis in te fuero, qualem neutquam
Decet esse, ne'ue rursus id commiseris,
Vti ipse talem temet exhibeas mihi,
Qualem probum esse neutquam decet virum.
Verum esto sane, sacrificabis filiam.
Sed interim illuc uota quæ facturus es?
Quid tibi petes? nunquid boni? cum filiam
Mactes pater? Reditum ne? nimurum malum,
Misericordia, quippe domo profectus turpiter.
Sed me tibi boni precari quippam
Par fuerit, ac uotis lassere numina.
At non et ipso iudicarimus deos
Stultos item esse, ut annuant eiusmodi,
Vti parricidis nos uoluerimus bene, et
Qui propria facinus patrarint dextera.
An uero, ad Argos iam reuersus, liberos
Tuos placabis? supplex haud quam tibi
Istuc licebit, quis uel aspectu obsecro
Post euis dignabitur te liberis,
Cum tu sciens necaris horum quempiam?
Num deniq; haec sunt pensata, ac mutuus

E V R I P I D I S

Rationibus tractata? An hoc tantum sat est
Scepbris ferundis præminere, ac bellicum
Ducem vocari? cum tuum fuerit magis
In Danaidum frequente multitudine
Haer, æqua quæ sunt, atq; iusta, dicere.
Vultis Pelasgi nauigare ad Ilium?
Igitur nicasissim sorte ducta, quærite,
Cuius necari gnatam oporteat, hoc enim
Ex æquo ad omnes pertinebat. Cæterum
Haud par erat, te solum, et unum ex omnibus
Tuam Pelasgis immolandam filiam
Præbere, siue fratri illud erat magis
Menelai, ut Hermonen neci daret, siæ
Causa parentis. Quippe ad illum proprie
Res attinebat. Nunc ego autem quæ tuis
Sancte fidem fernauerim connubis,
Gnata innocens orbabor. At contra soror
Quæ rasta paciti iura deseruit thori,
Felix ager, reducem'q; spartæ ad mœnia
Ducet puellam. Siquid horum perperam
Dixi, refelle, sin probe, ac recte mihi haec
Sunt dicta, ne tuam profecto filiam,
Meamq; pariter impius dederis neci.
Ita rectius consultusq; feceris.

Ch. Pareto nam profecto liberos decet
Agamemnon incolumis tueri quenlibet.
Nec ullus haec mortalium refellerit.

Iph. O rphea genitor si mihi facundia
Foret, ut liceret saxa cantu flectere,
Comitesq; post me uoce petras ducre,

I P H I G E N I A .

P ossem'q; delinire dictis pectora,
M e am'q; trahere, quos uelim, in sententiam,
N imerum ego istis experirer utier.
N unc, quæ mihi una ars, ac facultas suppetit,
P ræstabo lachrumas, quando solum id possumus,
T uis'q; genibus corpus aduoluuo meum
S upplex, quod hæc tibi uentre progenuit suo.
N e me puellam, æuiq; naturam parum
• E xtinxeris nam dulæ cunctis cœlicam
A spicere lucem. Cæterum quæ tartaro
T ellus tegit, ne me uidere adegeris.
E go prima te patrem uocaui, tu'q; item
P rimam inter omnes me uocasti filiam.
E go prima quondam genibus insidens tuis,
A tq; ea meo blande prenuens corpusculo,
C ratas uolupates frequenter inuicem, et
D edi, et recipi, ac paria mentis gaudia.
T ua'q; hæc, uti recordor, erat oratio.
A n est futurum gnata, ut olim te uiri
I n ædibus nuptam beati, ac diuitis,
E t sospitem uideamus, et sic uti tuo
D ignum est parente commodis, ac liberis
I nmelius usq; pulsulantem? Ad hæc ego
H anc tum uicissim orationem rettuli,
H ærens tuo, pendens'q; de mento, quod hæc
M ea prehensum rursum attingo manu.
Q uid? Anne ego te uidero senem pater?
A n ego uicissim læta te excipiam, meos
I ntra penates, ac tibi inuicem parens,
L aboriofa nutriendi manera

EV R I P I D I S

- A**liquando referam, mutuum te nutriens?
Sermonum ego horum sum memor, uerum tibi in
Obliuionem abiere, meq; occidere
Paras at hoc ne feceris per Pelopa, per
Cineres parentis obsecratus Atrei,
Matrem per hanc, quæ me labore plurimo
Parturiit olim, ac denuo nunc parturit,
Paribusq; rursum tenditur doloribus.
Rei quid est cum Paridis, atq; Helenæ mihi
Connubis? aut unde in exitium is meum
Venit Parens? O culos age horsum in me tuos
Deplete, et intuitum, simulq; basium
Largire, ut istuc pignus, ac monimen tui
M ihi ferre saltem fas siet. Si fors meis
Fletri recuses obstinatus uocibus.
Germane tu quidem pusillus, et impotens
Tuis amicis patronus, attamen
Apud parentem supplicem lachrumis age,
• **T**ua ne soror detur nec Nonnullus est
• **S**ensus malorum infantulis quoq; inditus.
En supplicat tibi hic silentio pater.
Age flectere, ac miseres et respectu mei,
Moneatq; tete orbanda luce filia.
En flagitant per mentum id abs te supplices,
Duo tibi cari, atq; amore proximi,
P uer alter, at subolescit annis altera.
Orationem in pauca conferam meam, ac
Summam rei uerbo profabor uno.
• **A**spectus huius, lucis est mortalibus
• **D**ulcissimus, uerum profunda manum

IPHIGENIA.

- Haud ullus est, qui concupiscat cernere,
- N eque mente sana est, quisquis exoptat mori.
- Male uiuere autem satius, ac mori bene.

Ch. Infausta, per te, perque nuptias tuas
H elene, heu dolor, miseranda prorsus incidit
C lades atridus, atque A tridum liberis.

Ag: E quidem scius sum, quatenus miserescere
C onuenit, et idem quatenus non conuenit,
N oui, meosque caritate liberos
P rosequor, amoque, aliisque profecto insaniam.
V erum patrare haec uxor arduum mihi,
E t non patrare durum, et arduum est item.
S ed ad hoc agendum me trahit necessitas.
Q uantis uidetis adhuc hinc exercitus,
Q ue nautiorum armata turba militum,
Q uot bellicosi Græciae magni duces,
Q uibus negata ad Pergama traiectio,
N i te immolaueris (augur uti Chalcas ait)
N oui nec aliter Ilia uidelicet
P opulata dabitur marte tecta excindere.
P orro tenet diuinus ardor quispiam
O mnes Achium copias, ut quam potest
O cyssime, solvant rudentes littore, et
A d barbarorum classe nauigent solum,
V entisque, ne posthac quis ausit coniuges
R aptu proaci abducere græcanicas.
A rgis at hi meas necabunt filias,
T un uos item et me, si quidem fraudaueris
O racula Diue postulantis uirginem.
N eque gnata frater subigit inuitum meus

EV RIPIDIS

A dhæc, nec huius me trahit sententia,
S ed ipsa potius adigit horum Græcia,
P er quam necesse est, seu uelim, seu non uelim,
T e te immolare. Parte at istuc vincimur
N ecessitate, nec licet resistere.

I mmo illa quantum in teq; meq; filia
S tatuenda libera neq; ferendum illud uirtus
G ræcis, uti per uim rapaces improbam
L egitima temerent barbari connubia.

C ly. H ei mihi gnata, proh dolor hospitæ
H eu me miseram, tui
C ædes exanimat. pater
O rco tradens te, fugit impius.

I ph. H ei mihi mater, mater, siquidene
H æc lugubris canticum nobis
S ic fortunæ uisum, utrisq;
C ompetit, haud phœbeæ posthae
M unere lucis, neq; si alii hac
V escamur aura?
P roh proh tectæ nimibus rupes,
A tq; idæi Phrygiæ montes,
I n quos olim Priamus tenerum
P ater infantem exposuit, matre
P rocul amotum, uti morte periret,
P aridem quem quondam urbis Phrygiæ
I daeum plebes idaeum
D ixit, dixit,
V tinam nunquam hoc euenisset,
I nter Paridem montana boum
E nutritum armenta bubulum,

Pellucens

IPHIGENIA

P elluentes colere ad lymphas,
V bi nymphis gratissima sedes,
I iquidi fontes, prata ubi uernane
P assim, ex picti floribus agri,
M urice tinctæ ubi lucente rose,
P urpurei'q; micant hyacinthi,
C arpendi ungue trium diuarum.
Q uoq; accessit pridem Pallas,
G audens'q; iocosa fraude Venus,
N eg; non Iuno, neq; non uolucer
I ouis interpres Maiae proles.
A lite Cypris amore superba,
H asta pallas, Iuno marito
I oue, qui sceptris diuûm potitur,
I nussum ad certamen formæ,
A tq; arbitrium triste profectæ,
Q uod mihi acerbam peperit mortem,
Q uanquam ea rursum Danais pariet
A eternam famam'q; decus'q;
D ilecta o mihi turba puellæ.

Ch. D elegit aris præferiri uictimam
D iana te, bello auspicio ad Ilium.

Iph. H es mater mea, proh genitrix
Q ui me progenuit Pater,
I dem me male destitutam
P erdit, proh ego tristibus
F atis nata, uidens acerbam,
I nfaustram'q; Helenen, necor,
D iri conficior Parentis
D ira cæde. utinam mihi
P ortum classis in aulidensem

EVRIPIDIS

N unquam puppibus ærea, il-
lidens rostra solo appulisset.
V entis o utinam secundis
R ecta cursus ad illum
V exisset celeres carinas.
T ransuersis neq; flatibus
I n terramq; ferentibus
E uripi exagitasset undas
I uppiter, auras aliis alias
P lacans, quo sua carbasa læti
P lacitis uideant distenta notis,
H is immittere tristia suetus,
H os ui cohibens, aliis donans
S oluere cursumq; tenere suum,
A lios cogens proferre moras.
A n non satis profecto
C alamitosum erat genus,
C alamitosum erat parum
P er se genus mortalium?
A t quorsum erat necesse,
S ibi pestilens ut ipsi
A ccererent fatum uiri?

Ch. E heu Pelasgis mala uiris ingentia,
L uctus item ingentem parit sata Tyndare.
C erte misertum est me tui, cui talia
Mala obtigerunt, prorsus indignæ cui
T antum malorum fors iniqua impingeret.

Iph. M ater heu uirum cateruam adesse video comminus.
Cly. N empe et ipsum cōspicis parēte progenitum dea
G nata, cuius huc ab Argis es profecta nomine.
Iph. M ihi fore aperite famulæ, corpus ut cælem meum.

IPHIGENIA

- Cly. Cæterum quo gnata refugis?
Iph. Nempe me prohibet pudor
Obtueri quisquis hic, quæ Graii Achillem nolane.
Cly. At quid? hunc reuerere tandem.
Iph. Quod parum uidelicet
Ista nobis auspicio cesserint connubia.
Cly. Non in his, quæ nunc geruntur gnata te negocis
Ager delicatam, at hic maneto nobis. res enim hæc
Non pudorem postulat, nec exigit reuerentiam,
Si modo obtainere quouis (quod agitur) liceat modo.
Ch. Mulier heu male fausta Ledaë gnata.
Cly. VERA prædicta.
Ch. Inter Argivos tumultus grauis, ergo i gens perstrepit.
Cly. Quis tumultus, indica mihi?
Ch. Filia super tua.
Cly. O men haud lætum elocute.
Ch. Quod hanc necari oporteat.
Cly. Nemo contradicit istis?
Ach. Ipsi ego uidelicet
In periculum ueneram.
Cly. Quod hospes in periculum?
Ach. Nempe ne lapidarer.
Cly. An ob id, quæ meæ tu filiæ
Tenderes fernare uitam?
Ach. At istud ipsum scilicet.
Cly. Sed quis audeat tuum corpus manu contingere?
Ach. Vniuersa turba Graium.
Cly. Cæterum nunquid tibi
Fida myrmidonum manus suo aderat auxilio ducit
Ach. Immo primi hi præbuere semet aduersarios,
Atque primi resistere.

b it

EVRIPIDIS

Cly. Occidimus ehen filia.

Ach. M eq; dicebant amore uincier Connubii,
Proin parum consulere graium copiarum commodis,
Quippe priuatis adactum, ac seruentē affectibus.

Cly. Verum ad hæc quid rettulisti?

Ach. Nempe quæ coniunx mihi
Fuerit antehac futura, non deære occidier.

Cly. I d'q; recte es elocutus:

Ach. Quamq; iam fama mihi
Genitor ipse dedicasset.

Cly. Quin & Argis insuper
E uocatum litteris huc aduenire iussere.

Ach. Cæterum clamore uictus abeo multitudinis.

Cly. Nam malum istuc impotens.

Ach. T ibi opitulabimur tamen.

Cly. Cumq; multis dimicabis unus?

Ach. Hos ne confspicias
Afferentes arma?

Cly. Dii preor tibi adsint prosperi.

Ach. I quidem sunt adfuturi.

Cly. Proindegnata iam haud cadet?

Ach. Non profecto, me uolente.

Cly. Sed adfuturus quispiam,
Qui manum iniiciat puellæ?

Ach. I am aderit innumerabilis

Militum ceterua porro dux Ulysses agminis.

Cly. Sisyphium nam propago?

Ach. At ipsus ille scilicet.

Cly. Num suapte autoritate iste agit? an ad munus hoc
Militum iussu uocatus?

Ach. Ipse sumpsit sibi uolens.

IPHIGENIA

Cly. M unus assumpsit scelustum, cæde cupiens pollui.

Ach. Verum ego hunc prohibeo.

Cly. N um nam ducet inuitam manu,
v ique raptam?

Ach. S cilicet flauentibus tractam comis.

Cly. Mihi quid inter hæc agendum?

Ach. T u renitens filiam
v iribus retinebis.

Cly. Hanc quidem quod ad rem pertinet,
G nata non mactabitur.

Ach. Res huc uidelicet loci
V eniet.

Iph. A t dictis meis iam mater aurem commoda

Quippe iam dudum absq; caussa nec meret te tuū

V ideo succensā i maritū, at illa q fieri haud queant
N entiq proclive nobis sustinere, ac vincere.

I gitur huic prompto, ac parato nos iuuare, gratia
E st habenda, & approbanda pectoris propensio.

C æterum tuum illud est uidere, nequid copias

T u quoq irrites, & hac ratione nihil plus tamen
E xplicemus Hic sibi ingens interim acersat malū.

Q uin magis, quod cogitanti uenit in mēte modo,
Mater acipe. Nam mori mihi certa stat sententia.

V erum id ipsum fortiterq; cumq; laude peruelim

F acere porro animo relegans malevolentiam meo.

N unc age hoc mecum parés communiter considera.

N ostra quam sit recta ratio, quam tibi iam proferā.

G ræcia primū illa tellus, quæ quidē est amplissima

R espicit me tota, & ex me mille cursus nauium

P endet, ex me gentis una excidia pendent Iliæ,

E st situm in me, si quid olim fors nocere barbari

EV RIPIDIS

A ppabunt uim ferentes fœminis nostratibus,
N e sinantur nobiles, ditesq; raptu abducere
C oniuges e Græcia simulatq; pœnas penderit
T roia Graiis debitas Helenes abacte nomine,
Q uam quidē priameius ille rapuit abductā Paris.
H æc profecto cuncta redimā morte (si cadam) mea,
T um decusq; et celebre nomen hic mihi parabitur,
Q uippe quæ me opte capite liberarim Græciā.
N ec uidelicet meæ me conuenit dispendio
A dmodum uitæ moueri. quando me communiter
O mnibus peperisti Achini, non tibi uni proprie.
D einde tot uirorum in armis constituta millia,
T otq; millia classe tanta horum profecta, nomine
P atriae læsæ haud ferenda, præter equum, iniuria,
P rōptæ sunt patrare sese dignū in hostiis quippiā,
D eniq; & pro vindicanda mortem obire Græcia.
V nius mea uita porro obſiſſet iſtis omnibus,
Q uo minus fiant. i hac re quæſo utrum sit equius?
N unquid est aduersus ista quod queamus dicere?
V erum age hinc ad illa iā ueniamus. hūce neutiq;
C onuenit, cunctis Achini unius mulierculæ
G ratia, contendere armis, luceq; priuarier.
P ræſtat unicus uir, eſtq; lucis huius munere
D ignor, quam multa ſane fœminarum millia.
D eniq; hoc Artemidi ſi fors uifum ita, ut meu caput
P oſtulet ſibi vindicare, quæſo te num nam deæ
I pſa mortalil manum feſellero, aut ſuffugero?
I d quidem ſperare ſtultum Dedo corpus hoc meum
Græciæ. proin immolate. marte Troiam exſcindite.
H æc enim monumenta uiuent tēpus in longū met.
H iq; gnati, nuptiæq; mei q; nominis decus.

IPHIGENIA.

D eniq; aequum est nos Achiuos, imperare barbaris
M ater, haud contra Pelasgis imperare barbaros.

• Quippe nata est seruituti barbarorum natio,
• C æterum Graium genus natura statuit liberum.

Ch. A t te quidem quod attinet I nnocula,
I stuc beata es tam uirili pectore, at
E x parte fortis, ac deæ felix paruni.

A ch. A gamemnonis generosa proles, cœlitum
A liquis profecto me beatum fecerit,
S i te mihi liceat potiri coniuge.

A c te simul felicem opinor Græciam,
E t te tua felicem opinor Græcia.
T ua nam proba est, & gente digna oratio:

V t quæ recusans cum deis luctarier,

I d quod tuis scis esse maius uiribus,

P erpenderis, factu quid usus, & simul

P ræseps quid ista postulet necessitas.

A t me tui magis, ac magis connubii

R apit cupidus, mentis indolem tuæ

D um spacio, nam generosa es, atq; strenua:

A t tute tecum quid uelis considera.

S iquidem ipse de te bene mereri pœnuelim,

D omumq; ducere coniugem, ac pectus meum

M ale angit, ipsa testis est mihi Thetis,

N isi te neci subduxero, ac seruauero,

D anais resistens uia, manumq; conserens.

• H æc confer ingens mors, & atrox est malum:

Iph. L oquor hæc profecto mentis ex sententia,

N ec ullius permota respectu uiri.

B ella ciet autor, atq; cædes Tyndaris

V iris cruentus, corporis specie sui.

EVRIPIDIS

Verum hospes, obsecro neū me atū grātia
Cæsus cadas, nē ut trucides quem piam,
Quin me sinas fernare Græciam precor,
Modo id situm in me, et quolibet licet modo.

Ach. O mira rari pectoris præsentia.
N equeam profecto aduersus ista dicere
D iutus, quando haec tuo sententia
A nimo sedet, siquidem mihi uidetur et
G enerosa, et excellente digna stemmate.
Q uid enim uerebor, uera quæ sunt proloqui?
At fors futurum est mentem ut istam pœnitens
M uites, proinde ut scias, que dixerim
P ræstare promptum me, arma ad aras commines
P arata statuam, quo siet si forte opus
N on te sinam, immo uiuetem necarier.
N ostris q; fors ut ère tum sermonibus,
S imulac tuis confexeris ceruicibus
E errum imminere. proinde nequaquam sinam
T ua perire uirgo te fæcordia.
Q uin hisce potius templa, et aras numinis
A rmis adibo, tuam q; ibi præsentiam
O pperiar aduentum puella manens tuum.

Iph. Q uid obtices o mater? ac silentio
M anantibus genæ rigantur lachrums?
Cly. H ei misera, causa sat mihi est idonea.
C ur debeam dolere, et excruciarier.
Iph. A nimis adde nobis potius, et frangi uete,
N e pectoris minuto mi constantiam,
A tq; his mihi in rebus parens morem gere.
Cly. D ic quando nullo filia in negocio
N os te precentem iuste, defraudabimus.

IPHIGENIA

Iph. Ne tu capillis igitur emulsis comam

Laniaris, aut pullos amictus sum pferis.

Cly. Istuc quid ait? ognate cum pereas mihi?

Iph. Minime profecto, salua sum per me tibi

Famæ perennis ueniet inclytum decus.

Cly. Cuiusmodi hoc est, quod mones? an obsecro
Non conuenit lugere mortem me tuam?

Iph. Minime se pulchrum quando nec statuerit mihi.

Cly. Quid? an se pulchri non sat ost occumberet?

Iph. Etenim ipsa diuæ maximo natæ Ioue
Mibi futura templa monumenta loco.

Cly. Age gnata in istis nunc uoluntati tuæ
Morem geram, quando ipsa dixisti probe.

Iph. Vt poteris, ac bene merens de Græcia.

Cly. Sed quid tuis renuntio sororibus?

Iph. Ne quando pullis membra uelene uestibus.

Cly. Virginibus autem quod lubenter audiane,
Quid me tuo iubes referre nomine?

Iph. Feliciter iubeas ualere. Et hunc mihi
Alas Orestem, ut exolescat in uirum.

Cly. Complectere, hoc uisura postremum die.

Iph. Germande cordi unus meo carissime,
Vt cunq; tu pro uiribus certe tuis
Tua sorori es opitulatus sedulo.

Cly. Est aliud, Argis quod uelis curarier,
In quo queam tibi facere gratum filias?

Iph. Minime parentem, coniugem genitrix tuum.
Ob ista quæso facta nequid oderis.

Cly. Isti tua multum laborum gratia
Exhauriendum, atrociq; certamine
Eubunda.

EVRIPIDIS

- Iph. Verum inuitus hic me perdidit,
Consulere querens dignitati Græciae.
- Cly. Atqui uolens si faciat istuc, aut dolo,
Et indecora faciat, et parum Atreus
Dignum parente.
- Iph. Me quis hinc deduxerit
Mibi prius, quam tracta lanietur coma?
- Cly. Egote sequar.
- Iph. Faxis caue, neque conuenit.
- Cly. Tuis adhaerens uestibus.
- Iph. Mibi o parens
Obtempera mane. decorum enim id magis.
Mibi que, tibi que. Cæterum me quissiam
Ex his munistris patris, in pratum deæ
Artemidis hinc deducat, ubi mactabimur.
- Cly. Discedis eheu gnata.
- Iph. Sic illicet, neque
reditura rursus abeo. Cly. matre uidelicet
Num nam relicta?
- Iph. Nempe sic, uti uides,
Indigne, et immerenter.
- Cly. A h mane obsecro.
Ne gnata ne me deseras.
- Iph. Haud te sinam
Sillantibus uexare lachrumis genas.
At uos pueræ Artemidi filiæ Iouis
Pæana canite, de nece, atque obitu mei
Bene ominantes. Num Pelasgis omnibus
Præcatores, fausta quæ sonent omnia.
Accipimus aliquis, auctoricitur tollere
E corbe frondes. Deinde puris ardeas

IPHIGENIA.

90

S acerignis in prochytis. Pater porro meus
 R ite fragrantis teneat aras dextera.
 E tenim salutem pariter, & uictoriam
 P aritura cunctæ uenio genti Græcæ.

Iph. D uicitote me, Ilii
 D iruendis mœnibus,
 P hrygibusq; perdomandis
 D estinatam uictimam
 S erta texta porgite,
 C omisq; uinciendis
 F erte frondes, ac piis
 Irrigationibus,
 F ontibusq; sacris
 D euocate in ædem,
 D euocate in aram,
 H eram Artemin potenter.
 A rtemin beatam.
 V ti me opte sanguine,
 C apitisq; cæde nostri,
 (Quando hoc ita est necesse)
 F ata placem numinum.

Ch. O ueneranda,
 V eneranda parens,
 Q uomodo tibi debitas
 I mpertiemus lachrumas?
 N am nefas, neq; conuenit
 M isere sacra fletu.

Iph. O sodalium
 T urba dulcis uirginum,
 A rtemin communibus
 C elebrate cantilenis,

EVRIPIDIS

Quæ crocœ rubentia
Carpenta ducit urbi
Aduersa Chalcidensi.
Vbi bellicæ feruenter trabes
Non omnis cauſa mei,
Non empe hic reductis portuum
Aulidus fecessibus.

I ò parens tellus,
O Pelasgiæ,
M ycenæq; nostri altricæ.

Ch. Vrbem uocasti Persei
Cyclopio labore,
M anibusq; fabricatum.

Iph. Profecto lumen ingens
E didisti Græciae.
Haud quidem abruuo mori.

Ch. Tu nanaq; tete gloria
Nullo relinquet tempore.

Iph. I ò Id
P hœbea fax diurnæ
V ectrice amica lucis,
O dulce lumen ætheris,
A literum mox , alterum
E xigemus ænum,
O rbum alterum incolemus.
O blanda lux, iam mihi natale.

Ch. H eus Heus
S peccate cunctem uirginem,
T roiana per quam pergamus
D euicta subruentur.
E ncomante hercinae

IPHIGENIA

S erte gestat frondes
I nieta militum manus.
M ox uiraginis deæ
A ra dicatum cespitem
S acra scatente lymphæ,
M anantibusq; riuis,
P urpurante aspergine
C ruoris irrigabit.
C andido de corpore
C eruice cum resecta
P rocumbet, ac feriet solum.
P atria te manent sacra,
T emanent pelasgum
V niuersæ copiae,
C lassæ quæ desiderant
P hrygios adire muros,
Q uod quidem ut feliciter,
F austeq; cedat illis,
A gite prognatam Ioue
I nuocemus Artemin.
S emper colenda diua,
H umana cui placere sacra,
D a militi Pelasgo
A ppellere Phrygium in solum,
P erfidaeq; Troiæ
S edes adire sacras.
D a uictorem Agamemnonem
V ictrice cum caterna,
P ulcherrimum triumphum
I n Græciam referre,
L etu uincientem

EVRIPIDIS

I nclytæ tibi tempora
V ictoriae corona.
L aude parta nominis
Q uod usq; uiuat, & quod
N ullis senescat unquā,
I ntercidat' ue seculis.

Nun P rodito tectis Patre Tyndareo sat
tius Q uo dicta cognoscas Clytemnestra mea.
C ly A udita me me nox tua excisit foras,
T repidamq; misere, diro & attoritatem metu,
N um tu mihi aliam calamitatem quam piam
A dfers ad hanc, quæ nunc adest?

Nun. D e filia
T ua, stupenda muntiabo iam tibi, &
P ortentuosa.

C ly. Próinde ne contère, sed
F xpone rem, quantum potes, celerime.
Nun. Q uin o mihi regina dilectissima,
R em prorsus omnem luculenter audies.
E x ordine autem cuncta narrabo, nisi
S iquid memorie lapsus, errantem mihi
I nter loquendum linguam item turbauerit.
V t igitur in lucum deæ peruenimus
A rtemidis, at q; in florulenta prata, ubi
A derant Achiuūm conglobatae copiae,
T uam aternis prosequentes filiam,
G lomerata coit illico Argiuūm phalanx.
S imulatq; porro duxor Agamemnon uidet
M ox immolandam in lucum cunctem uirginem,
G emitum profundo ducit altum pectora,
R etroq; flexo multu, amaras lachrumas

IPHIGENIA.

P rofundit oculus, ora uelis obtegens.
A tilla patri proxime assistens suo,
H æc elocuta est. O parens adsum tibi,
E t hocce corpus pro salute patriæ,
P roq; uniuersa Græcia trado uolens.
V t immolandum hinc ad dictas numinis
D ucatis aras, quando diuūm oracula
I ta canunt. Prorsum quod ad me pertinet
E trem geratis bellicam feliciter,
L ætæq; uobis præmium uictorie
C edat, proinde illud precor, ne clanculum
M ihi Pelasgum quispiam admoveat manum.
N ihil reluctans colla porrigem, ac uolens.
A tq; hæc quidem est effata. Cæterum stupor
O mnes capit, robur tuenteris uirginis,
E t uirginalis animi celsitudinem.
T althybius autem, cuius hæc partes erant,
M edia Pelasgorum inter astans agmina,
B ene ut omninentur copius, denuntiat,
L inguisq; faueant deinde fatidicus celer
C halcas in auro intermicantem sportulam
N udans, egræ loculis acutum proferens
I mponit ensem, ac uirginis flauum caput
S ertis reuinct frondeus. Tum peleo
E ditus Achilles, sportulam gestans sacram,
S acrasq; peluers celere cursu, numinis
O bibat aras, simul egræ hæc precatus est.
A rtem ferarum magna domitrix, ac Iouis
V eneranda proles, quæ nitentem luminis
B landi faciem alto noctium silentio
V extare solita es, placida sume uictimam hanc,

EV RIPIDIS

Quam tibi damus, simul Pelasgum exercitus,
Simul et Agamemnon imperator agminum,
Intaminatum sanguinem, qui uirginis
Pulcherrimae manabit e cœruicibus.
Ac dextra classi prosperum cursum annue,
Liecatq; nobis Marte capere pergama.
Sunt inter haec fratres Atridae, omnisq; item
Exercitus, solo tenentes lumina.
Atque ibi sacerdos, ense correpto manu
Rite est precatus, deinde dispiicit locum,
Quia commode iugulum feriret uirginis.
Mentem mihi haud exiguis occupat dolor,
Statbamq; mæstus ora defigens solo,
Oculosq; pronos. Cæterum subbito nona,
Visuq; mira res ibi accidit, sonum
Plagæ per auras nemo non sensit palam,
Porro puella, nescio quoniam loci
Emanuit subducta. Tum uocem stupens
Tollit sacerdos. turba Graii exercitus
Acclamat uniuersa, dum quoddam uides
Mirabile ostentum a deorum quopiam
Conspectibus spem præter obiectum suis.
Quod credier nequibat. ac ne tum quidem
Oculis ubi coram pateret testibus.
Si quidem iacebat cerva palpitans humi,
Visenda uast mole mira corporis,
Species decente insignis, ac spectabilis,
Cuius crux imbuta numinis affatim
Vndabat arca. Proinde Chalcas interim
Quantum putas gauisus, haec effatus est.
Huius pelasgum principes exercitus

Communis

IPHIGENIA.

C ommunis, hanc corām uidetis hostiam,
A ltaribus quam dina supposuit suis,
C ernam uolucrem? En hancce uirginis uice
A mplexitū libentius, nequid suis
C ommaculet aras nobilis uirgunculae
C æde cruenta, et hocce consulit uolens
B oni, accipitq; ac prosp eros per æquora
V ndosa cursus annuit nobis, uti
P riameia liceat classe adire pergitma,
Q uapropter omnes classe uecti milites
A nimum bonum, fiduciamq; sumite,
A c petite nauers, hoc enim nobis die
C uruis relictis portuum secessibus
A ulidis, aranda A egæa ratibus æquora.
V t penitus autem uicama est uulcanius
E xusta flammis, tum precatus prospera est
S acrificus, ut redditus secundus ab illo
V ictricibus domum daretur copiis.
A t me tibi transfinisit Agamemnon, uti
H æc nuntiarcm, ac certiorem redderem,
I psi deūm quid accidisset nomine.
E tut pararit sibi per omnem Græciam
F amæ decus, quod nulla prorsus secula
O blitterabunt ast ego uidelicet
Q uod ipse præsens his et oculis uiderim,
I d narro, proles ad deūm conforia
T ua subuolauit Proinde quod reliquum est, age.
I stam remittas mentis ægritudinem, ac
T uo marito desinas irascier.
I no pina diuūm fata, quosq; diligunt,
■ Sernant hic unus filiam mulier tuam

Et mortuam conspexit, et uivam, dies.

Ch Ut ista uolupē est, tibi ferentem nuntium
A udire, porro cœlitum in consortio
Transigere uitam pignus affirmat tuum.

Cly. Quis te deorum gnata rapuit?

Qui te compellabo rite?

Quid dicam, aut quid suspicar? an ne hoc
Mihi frustra blandirier his uerbis,
Tristū ut luctu tui desistam?

Ch Atqui huc Agamemnon uenit ductor,
Vnde hæc ipsa possis audire.

Ag. Vxor, beati filiæ caussa sumus

Forsan futuri. qui ppe certum est, cœlitum
I llam in deūm mancre contubernio.
At tibi puello hoc pariter abducto domus
Repetenda. siquidem ut nauigare copiæ
Properent. uides. Valeto. colloquar diu
Troia reuersus, & interim tibi sit bene.

Ch Felix A trida terram adi phrygiam,
Felix redito.

Mihi pulcherrima abs Troia spolia huic reportans.

FINIS.

Erasmi Roterodami de laudibus Britannicæ, Regisq;
Henrici Septimi, ac regiorum liberorum, carmine
hexametro, et Iambico trimetro acatalecticæ,

BRITANNIA LOQUITVR.

I iactare licet magnorum munera diuīm,
S ibi q; ueris fas placere dotibus,
Cur mihi non uidear fortunatissima tellus.

Digne

- D**igna est mala, bona que parum nouit sua;
Victima lanigeris animosa est India lucis,
 suis superbus est Arabs odoribus.
Turiferis gaudet Panchaia diues harenis.
 I bera flumen terra iactat aurum.
Aegypti faciunt animos septem oschia Nili.
 Laudata Rheni uina tollunt accolas.
Laeta nec uberibus sibi displicet Aphrica glebis.
 Haec portibus superbit illa meribus.
At mihi nec fontes, nec ditia flumina desunt,
 Sulci ue pingues, prata nec ridentia.
Fæta uiris, fœcunda feris, fœcunda metallis.
 Ne glorier, quod ambiens largis opes,
Porrigit Oceanus, neque nec amicius ulla
 Cœlum, nec aura dulcis spirat plaga.
Serus in occidua mihi Phœbus conditur undas,
 Sororique noctes blanda ducit lucidas.
Possem ego laudati contemnere uellera Boeti.
 Vbi uillus albis mollior bidentibus?
Et tua non nequeam miracula temnere Memphi.
 Verum illa maior, iustiorque gloria,
Quod Latias, quod sum celebrata Britannia Graias,
 Orbem uetus, quod uocauit alterum.
Non tamen haec iacto, nam sunt antiqua sed inde
 Attollo cristas ac triumpho serio,
Quod mihi rex pulchri pars est pulcherrima regni,
 Rex unicum huius seculi miraculum.
Instructus pariter Martisque, et Palladis armis,
 Belli peritus, pacis est amantior.
Indulgens aliis, sibi nil permittit, habenas
 Suis relaxans ciuibus, stringit sibi.

Hoc regnum ille putat, patriæ carissimum esse
B landus bonis, solis timendus impiis,
Non Decius sua Roma suo non Attica Codro
P luris fuit, factis redempta mutuis.
Numinis ac cœlitante est reverentia, quanta
Nec erat Metello, nec marito Agerie.
Non mellita magis Pylio facundia regi,
Nec Cæsari mens maior, aut sublimior.
Nec Mæcenati uel dextra benignior unquam,
Vel sanguinis tam magna parsimonia.
Creditus Aeneas Veneris de semine cretus.
Dicitus parente Scipio satus loue.
Quid si præsa meum uidissent secula Regem,
Hoc ore tam decente, tali pectore?
Non ne louem humanis ipsum succurrere rebus,
Nostro latenter credidisse corpore?
Atq; hic semper erit magni mihi numinis instar,
Meus hic Apollo seculi pater aurei.
Hoc oriente meis gens ferrea cessit ab oris,
Fraudes reuersa Astræa distulit malas.
Non seculis ac toto uanescunt sidera cœlo.
Simul ore Titan emicauit igneo.
Claudere iam Ianum fas est, iam ducere longas
Custode rerum tam potente ferias.
Memiseram cur huic eternos Iuppiter annos
Non addidisti, cuncta cum donaueris?
Nolunt nostra suis æquari numina regnis.
At si qua magnos nota tangunt cœlites,
Særus siderea certe reseratur in arces,
Fatigata seru stamen amputet Atropos.
Einit Alades speciosos morte labores,

Debetur

D ebetur altum regibus cœlum bonis.
H unc repetant superi, sed tum, cum Nestoris ænum,
V bi senectam uicerit Titoniam
E tuiuet tamen usq; mihi, dum regia proles
R eferet parentis nonen, os, & indolem.
Q uæ mihi purpureis iam quina adolescit in aulis,
R egum futuri tres patres, matres duæ.
N on aliter pittis Vesti uernantis in hortis,
A lmo nitentes rore pubescunt rose,
F ormosæ Veneri flos accepissimus, et quo
N ec spirat alter, aut renidet blandius,
N ec cui nexilibus sit gratia tanta coronis,
A mbire solus regiam dignis comam.
H ic ubi cultoris Lasciva industria docti,
M iscere gaudet punicantes candidis,
P lurimaq; in spina rutilat rosa, & albicit, una
V t lacteum si murici iungas ebur.
O mnibus idem odor est. ros omnes educat idem.
E adem iumenta forma par idem frutex.
A tq; eadem tellus suco nutricat eodem,
F ouentur auris iisdem, eodem sydere.
S unt duo, quæ variante, cognataq; germina pulchros;
A etas, colorq; diuidunt discriminæ.
H ac modo nata latet prope cortice tota uirenti,
T enuiq; rima tenera lucet purpura.
H ac niuei tantum fastigia protulit oris,
S ensim at dehiscens turgidos rumpit sinus:
E xerit hæc totum discessa teste micronem;
C lausas minata iam comas euoluere.
I llāq; lacteolos non dum exinuauit amictus;
V ix credit auris tam rudes adhuc opes,

- C**andida sed tenui suffunditur ora rubore,
S. eu fratriis hic est, siue sideris color.
Maxima ter seno foliorum gaudet honore,
T yrio micantes explicans ostro comas.
Non sic lana rubet bis concha imbuta marina,
N on sic eois Phœbus emergens aquis.
Nec solum arridet pulchro uenientibus ore,
L uetola sed iam pollicetur semina.
Hic meus Arcturus qui nominis omne felix,
V irnute reddet, quem refert uocabulo.
Aspice quod specie non generosæ frontis in illo est,
V it lucet oculis uiuidus mentis uigor.
Praequa nec tardam expectat sapientia pubem,
P raeuertit annos indeles ardens suos.
Talis Iesides, illiq; simillima proles,
H ic cum timendas dissecat puer feras,
Haec quando ancipitem potuit di soluere litem,
M alamq; fraudem fraude doctri prodere.
Proxima consequitur nymphæ, quæ nomina ducie
A b unione, Persicifœtu maris.
Omne delcctor, blando candore lapillus
P laet, pudore Margarita lacteo.
Hic teres est, nec inæquali leuore rotundus,
I n Margaritæ moribus scabrum nihil.
Est noua cum liquido gemme cognatio cælo.
C laret sereno sole, pallet nubilo.
At mea uirgo piis est addictissima diuis,
C œlumq; manu te, quam uagum pelagus sequi.
Hanc qui cum sociis uidisset ludere nymphis,
H abiliq; fratrem, tela torquentem manus,
A urens hic Phœbus, soror hæc argentea Phœbi est,

Per ipsa iuret alma phœbi lumina.

- I am puer Henricus genitoris nomine latus,
Monstrante fonteis uate Laurigero sacros,
P alladias teneris meditatur ab unguibus artens,
Quam multus illi lucet in uultu pater.
T alis in Ascanio renitebat imago parentis,
S ic pulchram Achilles ore reddebat Tethyn.
N escio quid Maria preclari spondet ab ipso
N unquam occidentis sideris cognomine.
S ed cunas Edmonde tuas quo carmine dicam?
A deste plectris huc Sorores aureis.
E t pueri fidibus placidos acersite somnos,
A c fisceninis insonate uersibus.
M uneribus blandis cunabula spargite nymphæ,
A ggerite, quicquid est odori graminis.
A mbrosiam. Casiā. C altamq;. Thymumq;. Crocūq;,
E t Syra Amōna, nec insuauem Amaracum.
T um florum mille species, ac mille colores,
S ed plurima omnes inter ardeat rosa.
H anc turbam, hanc niueam pulchris miscete corollis,
G audet paternis parua proles floribus.
V os precor o pueri date uellera candida varcae,
E atq; fausto molle stamen pollice.

FINIS.

Erasmi Roterodami ad Gulielmum Copum Basiliensem
sem De senectutis incommodis, Heroico car-
mine, et Iambico dimetro catalectico.

- N ict nobilium medicorum gloria Cope,
Seu quis requirat artem,
S ine fidē spectet, seū curā, in quolibet horū,
i iii

V elimiquis ipse nostro
P raeponos tribuit Gulielmo, liuor honores.
C edit, fugitq; morbi
I ngenio genus omne tuo. teterrima porro
S enecta, morbus ingens,
N ullis arceri ue potest, pelli ue medelis,
Q uin dereumte oborta
C orporis e potet suatos, animiq; uigorem
H ebetet, simul trecentis
H inc atq; hinc si pata malis, quibus omnia carpimus
V ellitq; deteritq;
C onmoda, quae secum subolescens uexerit aetas,
F ormam statum colorem.
P artem animi memorē cum pectore lumina, somnos,
V irens, alacritatem.
A uorem uitæ igniculum decerpit, & huius
N utricium liquorem,
V itales adimit flatus. cum sanguine corpus.
R ifus. iocos. lepores.
D eniq; totum hominem paulatim surripit ipsi,
N eq; de priore tandem,
P raterquam nomen, titulumq; relinquit inanem.
C uiusmodi tuemur
P assim marmoreis insculpta uocabula bustis.
V trum haec senecta quæso,
A n mors lenta magis dicenda est: inuida fatu, et
I mpedio maligna.
V t quæ deteriora labantis stamina uitæ,
P ernictate tanta
A celerare ueline, rapidisq; allabier alis.
A t floridam inuentam

Vf9

V squeadeo male præcipiti decurrere filo,
V t illius priusquam
C ognita sat bona sint, iam nos fugitua relinquant.
E t citius, atq; nosmet
P lane uiuere senserimus, iam uiuere fracti
R epente desinamus.
A t cervi uolucres, et cornix garrula, uisunt
T ot seculis, uigent'q;
V ni porro homini post septima protinus, id'q;
V ix dum peracta lustra,
C orporeum robur cariosa senecta fatigat.
N eq; id satis, sed ante
Q uam decimum lustrum uolitans absoluerit ætas,
T entare non ueretur
I mmortalem hominis, ductamq; ex æthere partem.
E thanc lassifit audax,
N ectimet ingenii sacros incessere neruos,
S ua si fides probato
C onstat Aristoteli sed quor sum opus obsecro tento
A utore, quando certam
I psa fidem, heu nimium facit experientia certam.
Q uam nuper hunc E rasinum
V idisti media uiridem florere iuventa?
N unc is repente uersus,
I ncipit urgentis senii sentiscere damna,
E t aliis esse tendit,
D iffimilisq; sui nec adhuc phœbeius orbis
Q uadragies renexit
N atalem lucem, quæ bruma incunte calendas
Q uinta anteit nouembress.
M unc mihi iam raris sparguntur tempora canis.

- E**t albicare mentum
Incipiens iam præteritis uernantibus annis,
V itæ monet aduentus
Aduentare hyemem, gelidamq; inflare senectam.
E heu fugacis ohe
Pars ueluti melior, sic et properantior æui
O seculi aduci
Flos nimium breuis, et nulla reparabilis arte,
T eneræ o uiror iuuentæ,
Odulces anni, o felicia tempora uitæ,
V et clanculum excidisti,
Vit sensum fallente fugit, lapsuq; uolucrit,
F urtim auolasti, ohe.
Haud simili properant undosa relinquere cursu
V iridens fluenta ripas.
Impeste nec simili fugiunt cana nubila, sicutis
Quoties aguntur Eurus.
Sic sic effugient tacitæ uaga somnia noctis,
Simul auolante somno.
Quae desiderium, curas et præterimaneis
S ui nihil relinquunt.
Sic rosa, que tenero modo murice tincta rubebat,
T enus senescit haustro.
Atq; ita (me miserum) nucibus dum ludo puellus,
D um litteras ephesus
Ardeo, dum scrutor pugnasq; uiasq; sophorum,
D um rhetorum colores,
Blandaq; mellifluæ deamo figmenta poesis,
D um necro syllogismos.
Pingere dum meditor tenueris sine corpore format,
D um sedulus per omne

- A** utorum uoluor genue impiger, undiq; carpo
A piis in modum Matinæ
- P** adias solidum cupiens absoluere cyclum
S in fine gesti enr,
- S** ingula corruptus dum circumuector amore,
D um nil placet relinquiri,
- D** umq; profana sacris, dum iungere græca latinis,
S tudeoq; moliorq;
- D** um cognoscendi studio, terraq; mariq;
V olitare, dum niuofas
- C** ordi est, et iuuat, & libet eruptare per alpes,
D ulcens parare amicos,
- D** um studeo, atq; uiris iuuat innotescere doctis,
F urtim inter ista pigrum
- O** brepsit senium, & subito segnescere uirens
M irorq; sentioq;
- V** ixq; mihi spatum iam defluxisse ualentis
P ersuadeo iuuentæ.
- C** ur adeo circunspecte, parceq; lapillis,
C ur purpuris, et ostro
- M** ortales utuntur, et ætas aurea, tanto
P retiosior lapillis,
- E** t quouis auro, quouis pretiosior ostro
P rod:giur, inq; nugis
- C** onteritur miseria, nullo uecorditer usu,
S initurq; abire frustra?
- A** dde q illa queant sarciri perdite, Crassos
S peres tibi licebit,
- E** t Lydos sferes Croesos, iam Codrus, & Irus.
S ed quod semel seuera
- Z** ensilibus fusis Clotho deuoluerit eum,

- I dñe nec uenens Ciræs,
N ec magicum Mai a nati gestimba, scæptrum
N eq; dira thessalorum
M edeæ suis reuocare precamina possint.
N on si uel ipse diuum
N ectare te saturet pater, ambrosioq; liquore.
N anq; his ali iuuentam
A rceri senium scripsit nugator Homerus.
N on si tibi efficac
R ore riget corpus Tithoni Lutea coniunx.
N on si ter, octiesq;
P haon per chias Venerem transuexeris undas.
N on si tibi ipse Chiron
O mnies admoueat, quas tellus proferit, herbas.
N ec annulus, nec ulla
P harmaca cum nervis annos remorantur eunt ergo
A t qui ferunt magorum
M onstrifico sibi torrentia flumina aentu,
I isdem ferunt relabi
P ræcipites amnes uerso in contraria cursu,
E t Cynthiæ uolucres.
E t rapidas phœbi sibi figi'q; quadrigas.
S ed ut hæc stupenda possint
C armina, non speres tamen improbus, ut tibi quondam
A ut iam peracta uitæ
S ecla iterum referant, aut prætereuntia fistane.
S ol mergitur, uicissimq;
E xoritur nouus, & nitido redit ore serenus.
E xtincta luna, rursum
U ascitur, inq; uices nunc decrescente minutæ
S ensim senescit orbe.

Nunc uetera arridet tenero iuueniliter ore.
Redit ad suam iuuentam
Brama ubi consenuit, Zephyris redemptibus annus,
Est post gelu, niuersusq;
Ver nitidum floresq; reuersa reducit hirundo.
At nostra poste a quam
Feruida preteriit seculis labentibus aestas,
Vbi tristis occupauit
Corpus hyems, capitusq; horrentia tempora postquam
Nive canuere densa,
Nulla recursuri spes, aut successio ueris,
Verum malis supremum
Imponit mors una, malorum maxima, finem
M ore phrygum inter ista
Incipimus sero sapere, et dispendia uite
In cogitatione actae
Pleramus miseri, et consumptos turpiter annos.
Horremus execramur,
Quae quondam heu nimis placuere, et quae uehementer
Mellita uisa dudum,
Tum tristi cruciant recolentia pectora felle.
Frustraq; maceramur
Tantum rurum sine fruge bonum fluxisse, quod omnino
Bene collocare cura,
Par erat, et nullam temere disperdere partem.
At nunc mihi oscitanti
Qualibus heu nugis, quanta est data portio uita.
Satis haec tenus myselfe
Effatum, satis est dormitum, pellere somnos
Nunc tempus est Erasme,
Nunc exergisci, et tota res ipsa mente

- V**elis dehinc, equisq;
Et pedibus, manibusq; et totis deniq; nervis
nitendum, ut anteacti
Temporis, ut studio iactura uolubilis aui
vigilante sarcatur,
Dum licet, ac dum tristis adhuc in limine primo
consistimus senecta.
Dum noua canices, et adhuc numerabilis, et dum
philus notata raris
Tempora duntaxat spatium effluxisse uirentis
Iam clamitat iuuentæ,
Ne tam præsentem iam testificantur adesse,
quam nuntiane, citatum
Ferre gradum, et sterilem procul aduentare senectam.
Cum uismodi uidetur
Tum rerum facies, cum autumni frigore primo,
Iam uernus ille pratis
Decessit decor, ac languescunt lumina florum.
Iam iam minus nitens
Heras affirmes boreasq; geluq; nocentis
Iam prætimere brumæ.
Ergo animus dum totus adhuc constatq; uigetq;
Et corporis pusillum
Detrimenta nocent age iam meliora sequamur.
Quicquid mihi deinceps
Fata æui superesse uolent, id protinus omne
Christo dicetur uni.
Quo cui uel solidam decuit sacrarier, ut cui
Bis, terq; debeat,etur,
Principio gratis donata, hinc redditus gratis,
Totesq; vindicatu,

H uic saltē pars deterior, breniorq; dicetur.
P osthac ualete mugæ,
F ucatæq; uoluptates, risusq; iociq;,
L usus, & illecebræ,
S plendida nobilium decretæ ualete sōphorum,
V alete syllogismi.
B landæ pegasides, animosq; trahentia Pithūs
 Pigmeiæ, flosculiæ.
P ectore iam sōli toto, penitusq; dicato
 Certum est uacare Christo.
H ic mihi sōlus erit studium, dulcesq; camœnæ,
H onos decus uoluptas.
O mnia solus erit, neq; quicquam ea cura (quod aiunt)
 Mouebit Hippoclidens.
T erre a si moles, compagoq; corporis huius,
 Marcescat obsolebens,
M ens modo pura mihi, scelerumq; ignara, per illum
 Niteatq; floreatq;,
D onec summa dies pariter cum corpore mentem
 Ad pristinum nouata
C onuictum reuocabit, et hinc iam uere perenni
 Pars utraq; fruetur.
H aec facio, ut rata sint, uitæ exor abilis autor,
 Vitæq; uindicator,
Quo sine nil possunt unquam mortalia uota, &
 Vires labant cäducæ.

FINIS

VENETIIS IN AEDIBVS ALDI
 MENSE DECEMBRI.
 M. D VII.



c

